





R. 13. 425

# PHILIPPO QVARTO HISBALARVI REGI CATHOLICO.

MAGISTER F. PETRVS SPINEL DELA PORTAZA  
Dominicanus Cesaragustanus Dicas; & Consecrat,



Omes de Lemos posuit in manibus meis, memoriale firmatum per Magistrum Fratrem Ioannem Martinez del Prado pincarium interpretem Complutensem, & Provincialem Provinciae Castellae nostri Ordinis, dictum Cesareq; Vestrae Maiestati, & ibi satetur innumera beneficia collata Dominicanis gratuitō, & abundantē, sed ille taceret, lapidus clamaret, & subdit, quod Dominicanū non solum dimittunt licitam, & probabilem, puram Conceptionem de psamo instanti, immo concedunt probabilitē, & fidelib; plausibiliorē, & magis acceptam assertione opposita fib; contraria; Et quando de talibus præmissis sperabamus, quod ipse esset redempturus Iesum, ac reducens suos, & dicens alios in obsequium breuium Sedis Apostolice, & in gratitudinem tam magnifici Beneficii obsequians gloriosam Deiparam, versa est in luctum sua scithara, dum nomine proprio, & sua Castellæ, & totius Religionis nostræ exponit, quod totus Mundus agnoscit Sanctum Thomam contrarium, & etiam totum Ordinem nostrum Puræ Conceptionis in infusione animæ rationalis, sicut & Sanctus Bonaventura Doctor Ecclesie, & multi Sancti sentiunt. Itaque contradicere puritati ex illo, est causa communis in Ordine Predicatorum, de quo gloriatur, quia doctrina Sancti Thomæ est approbata per Crucifixum Domini nostri, per Pontifices, per Concilia, per universitatē, & per immutabiles Religiones; Quamobrem vovetur, & iurat̄ defendenda doctrina Angelici Doctoris, & gravissimè puniuntur non tequentes Sanctum Thomam per leges, & constitutiones eiusdem Ordinis; (Et ego sum lupus in fibulis plurimis per ipsum, & suos per totum Terrarum Orbem, quia ex quo cepi vivere in scholis, defendeo Conceptionem immaculatam esse nostrę Familia, & Thomitam;) Et quod in tantum secura incedat sua Provincia te opponens, quod talis oppositus protigitur a Sanctissimo nostro Alexandro per clausulam, vetamus iudicare illos hereticos, & peccare mortaliter, licitam constitue, tantus Pontifex partem contrariam, & confessans loquaciam infestis, & eidem instructionem inter Dominica-

A

canos



capos, & ita iniuste pati scandala pendefensores pura Conceptionis; Et quod nullus inferior ad Pontificem potest illos cogere ad prædicandam Conceptionem, nec Pontifex talia imperat, & si illis imperaret, obedirent, & prædicarent; Et deplorat statum miserabilem Ecclesie, quod sub prætextu pietatis prohibetur Ordo Prædicatorum ne fungatur suo instituto pro quo est institutus, & sic zizania De trinatarum erumpant, & fulgeant, & vitia non reprehensa Ecclesiam devastent.

Et subdicens concludit, quod Decretum Regum Vestrae Maiestatis Catholicae sit ini-  
stum circa illa verba in sermonibus proponenda. Alabado sea el Santissimo Sacramento del  
Altar, y la purisima Concepcion de Nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado Original.  
Quia hoc non potest fieri nisi tribus modis; Primus est, quod Dominicani mutent opinio-  
nem inter iurem suam opositam, & certissimam habeant Concepctionem puram, & circa  
hoc non datur authoritas humana; quia Summis Pontificis liberat a peccato sientes  
Deiparam infectam. Secundus modus potest esse, quod proponantur dicta verba manente  
proprio sentire interius circa infectionem, & exterius praedicando, attemperando se Po-  
pulo Christiano, & proponendo Deiparam in causa conceptam, qui modus abominabilis  
est, & percutit mortale ratione suspicionem & fiduciam, ex Dexta non reget, neque De-  
parquid premodium Populo contra alud, non licet possimunt servare; Tertius modus  
potest esse, quod illa verba proferantur, & non detur imperium de mutando proprium  
festivitatem, neque quod predicant in intus in anima Beatae Virginis in corpus puram &  
humaculam, sed dicant illa verba in pectore profectentes; Ex quo natura etiam gra-  
uissimum inconveniens; quia hoc est exquirere in fide, & in cultu puritatem Conceptionis  
cum ~~secunda~~ <sup>tertia</sup> Litudinibus. Qui profecti quod illa possunt impetrari. Neque enim conti-  
fice proferatur, nec adhuc si ea proferae Dominicanas eructur, & turbantur fideles, si sic  
loquantur Dominicanis. Et conclusio predictorum est, omnia praetallagata reducere in Ve-  
stram Maiestatem, & prodere misse saeculm in messem alienam, quasi se vltorantem lu-  
gulationem, & hoc publico Decreto ipsius Provincialis, & adhuc assertio ex toti nostro  
Ordo, aliis ad quid upponeat, vel opponat et loquens cum Vesta Maiestate Catholica,  
et non laudat, ex ipsorum deliquientem tantum Cesarum?

Quibus vissi memoratus Comes significauit mihi gratissimum fore **Catholicum**. Veritate Maiestati, si aspera, & indirecta praeedit. Memorialia reducunt in vias placatas. Correspondentem priuatam formarem, pro Iustificatione Regis Detret, & satisfactione obliquatum oppositarum. Et cum de Dominicis scripsum videam per spiritum Sanctum unusquisque sicut **cepit gratiam** (felicit in istituta sunt purae Canticulae) in alternam illarum administrantes, sicut donum dispensando modicis gratias. Bessugatis leviorum partitio- rum, pauci sermones Dei si quis sacer inflectionis, pauci sermones Dei, & scionti secundum ordinem suum, ut quilibet Magister, vel Doctor, siue sit Dominicanus, siue non potius se exortans in Doctrina sanctissima. Et eos quia contradicunt argente paratos, omnibus feceris ratione reddere de cayqua in nobis est puritate. Conceptionis pro summa tua Thomis. In confundaris dicere verum, nec recusat verbum in tempore saeculi, non abscondas sapientiam institutionis, & de mendacio sue eruditus confundetur, noli prohibere benefacere, parem sequere cum omnibus hominibus, memorans quod qui abscondit sumentum puritatis, maledicetur in Populis; sic Deus.

Eccliam dispositionem Diuinam approbat, admittit, & exequitur Angelicus Doctor Sanctus Thomas Aquinas in tractatu de perfectione vite spiritualis cap. 13. & 14. dicens, Et quedam perfidio, que requiritur ad salutem, est etiam quadam ulterior perfectione super abundantia, quae sub consilio cadit, & quanto dilectio (perutatis inquam instituta) ad plures extenditur, tanto videatur dilectio proximi esse magis perfecta, & quanto malora bona proximis impendimus, tanto perfectior dilectio videatur additetur autem ad hanc perfectionem si huic medi spirituitali bona non uni tantum, sed unobus, sed tunc multis quidem exhibeantur; quia secundum Philosophos, bonum in genere perfectius est. Diuinus, quam bonum unius, haec Auge, licet

<sup>2</sup>  
Iustus Doctor, & quid clarius. Non parata unimaculatae conceptionis infusio opposita nec mai-  
titudini profit, nec Magistro Martinez proficiat Age in, & emulare Magister Co-platefis.  
Chalismata meliora Conceptionis, meliora sunt, quia adhuc ex te probabilior, & ex brevius  
re iudico habeo Spiritum Sanctum iudicem, & est Moses, Diuus Thomas, qui accusat & dicitur  
quod vos speratus, qui habemini sal Terra, & lux Mondi, si non sequamini vel hoia pro-  
fici, statuergo institutio, currat conceptio, & rix vobis currat, cum in festo nec se moueat,  
~~et~~ etenim ergo vobis, & universo gregario quo ueritas patet Deus Magistros, Doctores, ut in re  
fratris, & doceatis Ecclesiam, else isti in re Conceptionis, priore de primo in karissima  
illis Magister Provincialis quam reddes rationes Vilificationis tuae, quoniam de nostro Ordine  
firmiter Sacra Scriptura, omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi,  
propter eos qui hanc dictatem capiunt salutis Marianam sine labore originata conceptio. Precepit  
abundantis operis obsernare nos ea qua audiuimus, ne forte perstauimus, & si non, quidmo  
de effigiem, & tantam neglexerimus salutem? Confugit Pissime Rex dictus Provincialis  
ad Christum Redemptorem, sed clavis est Ianua, & audit nescio vos, attendat ille Arriu,  
& fugiat Artium, Arrius enim ait, Agustinus sublimus Patrem, & deipinat filium, & filio  
facis iniuriam ait Augustinus, & ipsi Patri, in cuius honore uis consummatam facere filios  
se dixeris homini filio a Patre degeneras, andie filius & trascitur, audie Pater, & plus ira-  
scitur, id datus dicit, ergo ego filium de generem generanti & ergo si aliud sum, & aliud generans  
monstrum generans. Filium offendis, sed Patrem non propitiabis; sic Agustinus. Magister  
Martinez, Catholica Materias, non Arrianus, sed Catholicus, sublimiter Christum Redem-  
ptorem, sed venientem matrem Redemptoris, & de generem a Filio prostituit: Matrem of-  
fendis Magister, sed filium non propitiabis; Audi Ecclesiasticum dicentem tibi, Non enim  
enim bonum omnem reverentiam obserbare, & non omnia omnibus bene placere in fide; sic Deus.  
Non ergo reuerteris Filium sine matre, quia in presenti non est bona talis reverentia,  
cum non omnibus plecerat. Vtique pallium tuum breve est, & virtusque operis non pos-  
test, sicut vero pallium meritorum Christi abundat, & superabundat, ut virtusque praevaleat,  
sicut natura redempcionis, secundum fidem Catholicam, & Angelicum Doctorem  
Aquinatem, sicut ergo mihi Rex Potentissime in faciem Provinciali resisteret, quia cum  
Salomonem reprehensibiliter iudicari Generatio enim ait Salomonique Patri in suo maledicit,  
& matrem suam non benedicit, & generans, quae sibi munda videatur, & ramen non est losa a for-  
dibus suis; sic Salomon, sed quare ihu[m]a[m] colendissime Princeps si non maledicit ma-  
tri[m] Respondito ex Sacro Texu, quia non benedicere, dum possum benedicere, utique est ma-  
ledicere.

Hec ergo considerans, & ponderans aggressus sum discurrere pro Deipara Sanctissima,  
pro Sede Apostolica, pro universalis Predicatorum Ordine, pro Angelico Doctore, Diuino  
Thoma Aquinate, & pro Te Catholicissimo Rege, hinc enim talentum Ecclesia Romana  
ocultare, & abscondere sub modo timor mundani, non Pater Familias Sanctissimus  
Patriarcha Dominicus succumbat me, & inutili serum ejiciat in tenebras exterioris;  
Et quia super flumina aduersitatum sedi, & fleti, dum recordarer tui, Sion immaculata, &  
in Salicibus Sancti Sixti suspenidi organa discurforia, quia illuc interrogauerunt me, & qui  
captiuum duxerunt me verba cantionum; Catita nobis Hymnum de Canicis Sion; Quo-  
modo cantabo canticum Deipara in Terra aliena? & audiui vocem Mariae de Cœlo die-  
cem milii, cxi citio, quia non recipient testimonium tuum de me; Et cum iam me videam  
habilem, nec impeditum; Rex Potentissime, quamvis in ea doctrinarum vindemiarum est  
per nostros Castellanos Dominicanos, colligam quasi in Autumno racemos, & forte melior  
apparebit racemos. Ephraim Vindemias Abiceret, & vere ego remansi solus hiis temporis  
calamitatis, ut preheret prælia Conceptionis, & secundum nomen meum, sic & obedi-  
tia mea, hoc desiderabat Beatissima Virgo, quando sub verbis Esiae futura prædicebat,  
qui dabis spinam, & uerem in prælio, gradier super eam, succendam eam parcer dan potius  
tenebit fortitudinem meam, facies pacem mihi; pacem facies mihi inter gratiam, & uirum  
inter

**inter duos Adamos antiquum, & nouum, ex primo legem, & iura, ex secundo Privelegia  
vt in ore duorum sit firmum verbum puritatis.**

Et in solarium, & satisfactionem Vestrae Catholicae Maiestatis in lucem prodo Angelis  
eum Doctorem Diuum Thomam Aquinatem illustrantem authorem oppositionis, vt vi-  
sum recipiat abiectis squamis suarum omissionum circa Regiam Maiestatem, & circa om-  
nia supposita in relatione sua quaronia; Sic nos intruit Angelus Magister, opusculis  
vigefimo de Regimine Principum; *Ipsa difficultas que Principibus imminet ad bene agen-  
dam, & quod impune delinquere possunt, de quibus, potius transgredi, & non est transgres-  
sus, sed facit maiori premio dignos, & si aliquando propter infirmitatem peccauerint apud  
homines, excusabiliores redditur, & facilis a Deo veniam promoventur; si tamen pro suis  
peccatis humiliatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non  
negligantur: de Achab dicuntur, quia humiliatus est mei causa, non inducam hac maius in die-  
bus suis; non solum autem ratione offenditur quod Regibus excellens primum debatur, sed  
auctoritate: Zaccarias enim dicit quod in illa Beatae dominis die, in qua erit Dominus Protes-  
tor habitans in Hierusalem, id est in visione pacis aeterna, domus David erit sic dominus  
Dei, quia sicut regendo fideliter Dei officium gessit in Populo; Ita in premio Deo propinquissimus  
erit, & inherebit: Hoc etiam factum apud gentiles aliquatenus somniatum; dum Gualratum Re-  
stores, & servatores in Deos transformari putabant: Et ratio est, quia pertinet ad Regis offi-  
cium, ut bonum multitudinis studiosè procuretur; Laudatur enim ab omnibus priuata per-  
sona, ut, ei à Deo compatetur in primum, si regni subuenient, si discordes pacificet, si oppressos  
à posteri eripias; Quanto igitur magis est laudandus, et premiandus, qui totam Provinciam  
facit pace gaudere, violentias cohiler, infinitam seruas: Huc Sanctus Thomas. Excessit ergo  
Ioannes Martinez se, sentiens de Vestra Catholica Maiestate; Si enim Sanctus Thomas  
dum proponit Reges fragiles, eos non ledit, sed miseretur, sed consolatur, quomodo dictus  
Provincialis videt Vestram Maiestatem Catholicam cultorem Breuium Pontificum, pa-  
cificantem sua Regna, desiderantem honestam concordiam spiritualem, dum meritorie  
operator, suus, & meus Rex immodicè refragatur? Ille est sine dubio primus excessus Ma-  
gistrorum Complurensis.*

Secundus excessus ipsius manifestatur in eo, quod mordicus defendit infectionem  
Beatae Virginis in foro exteriori, stante prohibitione Gregorij Quintidecimi, & confirma-  
ta per nostrum Pontificem Alexandrum, tribus vijs: Prima est, quod nec verbo, nec scripto  
adit, loqua infectionis: Secunda quod si loquatur de infectione respondentur statim in  
defensionem puritatis, quatenus victoria maneat pro conceptione, & quod exterius nec  
dubitetur de puritate Gloriosæ Virginis, prohibens libros, & scripta ædita, & cedenda in  
fauorem infectionis: Tertia imperans Sanctos interpretari in obsequium Virginis, & ipse  
oppositum operatur: Iam an dictus Provincialis incurrit pœnas Pontificias nec, ne, erit  
qui querat, & judicet; ex me solum profero excessus.

Tertius excessus est, quod nomine totius Ordinis se opponit Conceptioni instituta per  
Pontifices: Et in primis quantum ad meam Provinciam Aragoniam est impostura ipsam  
contradicere Conceptioni puræ, & quare se intromittit in territorio alieno? Quis dedit  
illi hanc potestatem? quando commissa est ei talis authoritas contra Sacram Maiestatem  
Vestram, Sedem Apostolicam, Breuiam Pontificiam, & bonum vniuersale fideicium, & contra  
ipsam Deiparam Protectricem nostram? nonne sua iurisdictio terminos habet, & limitata  
est? quid quod in Provincia Aragonia sentitur alacriter de Conceptione pura, nullo re-  
clamante, habemus nos maiores nostros Doctores, & Magistros defensores Marianos, Ec-  
clesie Catholice vera lumina, nostra Religionis decus, & ornamentum, & Provincie ful-  
cimentum, ut post Sanctum Raymundum de Penafort, vt constat ex fundatione sacre Re-  
ligionis Redemptionis Captiuorum, & ex suis Coronis authenticis, Sanctum Vincentium  
Generum Apostolorum veluti successorem legitimum, Sanctum Ludouicum Beltrandum  
nostris seculi gratia portentum, Venerabilem Virum Hieronymum Baptizatam de Lanuza  
Epi-

Epicopum libatoe nomen in ecclesiis eorum; & ex illius fane illuminum; & de domo eius  
pietas pro intelligendie scripturis praedictam. Quia patrem Catholicon huiusmodi commun  
tationum exemplarum videlicet ex titulus proprieate translati; Epicopum necdem in cœcta  
& confitum Margum Serra huius centrale inter scholasticos primitatem; & viquum omnium  
annulatorum. Sanctas Portas factas Paulus Apostolicus Magistri expositum. Bal  
thasarum Sorio; Casanovam; magistratæ Deputacionem; Didactum Malum publicum Inter  
pretem Valentianum; multitudinem Ascriptionis propagatorum aceritum. Hieronymum a  
caeli Predicatorum Orationem neodiorum & Provinciam; Raimundum Pascuum com  
memoratorem celebrem epistola ad Romanos; Robertum Holtum Interpretem Salomonis  
super libros Sapientie; Leobum de Rebus et lectorum Magistralium Interpretem; dñni  
verbis Praconem faciundum; Vincentium a Gomez Oratorem Scripturatum; Petrus  
num de Uberte publicum Interpretem Cesaragustinum totò Obi nouum; Balbasafacem  
Arias; Petrum Ballejo; Hieronymum Tax; Ioannem Sagani Calvi Sacre Theologie Profes  
sores; & Magistros milites; habemus Hieronymum Xantierum Primarium primum Inter  
pretem Cesaragustinum Provinciale in Magnatum Ordinis Castrensem; & Domini No  
stri Philippi Teit; Gloriose Memoriae a Vatis confessionibus valvulo Mondo clarissi  
mum.

Habemus etiam Ludomiriam de Aliaga Catholiticum Venerabilis Cesaragustane a  
sacris confessionibus Domini Regis memorati. In eiusdem Generalem; qui composuit  
Opusculum Conceptionis; vere nullum; & proponit Fratribus nostris Castellis; ut eos in  
clinarer in Deipara fine labo originarii concepatam; sed oleum; & operam perdidit; & sic  
eos arguit. Primo, Quid nobis fecerantissima benignissima; ac studiofissima nosiri Ordinis  
Parentis; Virgo Deipara; ut cum possumus de ea licet; honorifici sentire. Et siue villo erraris pe  
nitentia offere; ipsam non esse obmetrandam in pectore originali; sed in primo instanti sui esse ha  
buisse gratiam; ad quod Ecclesia indulget; nos inuitat; ramer pertinaciter oblictum; Sic  
ergo discorro; possum assertare; ac docere Deiparam; eis sotitius; ac mortis illustribus an  
nuntiis sumus omnes suis; & non cor in haria immutamus; non solum fecire. Et si ergo calpe  
meritatis; sed etiam boni arbitrii; & dilectionis proprii bona opus omni recta circumstantia spe  
culatur; & practice vestitum; & dulcigenias que mihi comparans; quibus Purgatori penitenti  
hi debitis satisfaciam; & etiam pro alijs; & id praefare nolo; tantum quia non uox; & tot  
spiritualia merita responso; & contrito; & Dominicanus ex ijs; non sentio sic doceo; sic instruo;  
& sic stabilitudo; & dignitas locis & Thome contra vitam doctinum sanam; utilem; proficiu  
catholicam; & ex ordine Ecclesiæ eadem; non solam confessu; consuetudine; insituatione; sed ad  
huc imperio; certe semper inuentis Angelicis; Doctorum premeritis spiritualibus; acquis  
tendis; Sanctius enim Thomas vult nos esse sine operibus meritorum; vult ergo nos esse; & se non  
extra viam salutis; ex circa lineam perfectionis. Sic Ludomirius Aliaga obsequitissimus Dei  
para; Ecclesia Romana; & Vestra Materi. oppositum doces Magister Provincialis. Ista  
sententia tua Provincialis; Hec suadet haec inquit? Sentiat quantum velut; sed à se ipsa sentiat;  
& à te ipso sentiat; non ex Deo; non ex Petro; non ex nostro Ordine; nec ex Angelico Do  
ctori; neque ex Aragonia; abundet Doctor Complutensis in suo sensu infectiudo; refutat  
Aragoniam incidentem clare victimantem; & obedientem; & Thomisticæ; & Dogmaticæ;  
& si tam liberalis in nos; subdit Aliagam; sententiam Virgo; qua non fecit taliter omni Natio  
ni sciat nostra sacre Religioni; hoc pro gratitudine reponemus; us præseruationalis ab originali  
labe privilegium in iustitu meritorum Christi; quod eidem sine villo periculo; immo cum magno  
emolumento spirituali nostrarum animarum concedere possumus; tantum quia placet; ingra  
tissime denegemus?

Unde secundum Durum; prosequitur Aliaga; arguenter vos; & vos in appendice historie  
Nenclerij ad annum 1590. illud in primis art. laudandum est hominibus è Religione Chris  
tiana ut in in defendenda sententia sua; & aliena oppugnanda; nimium sint pertinaces; ni  
hil præseruationalis debemus de rebus; quas certum est; nihil officere pierati; qualis est seq  
uenzia.

*scenita de Immaculata Sanctissima Virginis Conceptione, quam videmus ab Ecclesia recepta, & a multis, et gravissimis viris fortissime propagata sanctis Sursum; sine vobis in exemplum gravissimum Magistri, qui de vestra infectione accesserunt ad nostram puritatem, ut Dominicus de Soto apud vos Thomam illud ultimum, & Iohannes à Regna, qui in commento in 13. par. 5. Thom. agnouit Conceptionem Immaculatam fundat in Angelico Doctore Sancto Thoma Aquinatus. Et Magister Gutierrez, qui de S. Thoma proponit, quod fuit primus, & ante Scorum, qui in scolasticis defendit Conceptionem inter scholasticos.*

Tertio sic argumentatur idem Aliaga. *Spiritus sanctus, qui per Tridentinum legitur, omnes homines sub iuge originalis culpe declarat, manifesto, et sub hoc decreto consacrat Dei gratiam prohibet; Cui ergo dicibus tam Regna, talis crimen impingere? Ex ipsius Tridentini dat nobis facultatem ad affirmandum non inclusam in laciunis generalibus sacra Scriptura. Si, namque tota Ecclesia Dei, sicut in Spiritu sancto congregata, existimat inclusam, que iure posse non modo eam escipere, sed tollere esse sua intentionis eam non comprehendere? Si autem in sacris litteris non contrahitur ex parte Tridentini assertio afferentis Conceptionis immaculatae, quis eam andebit negare? non qua facie eadem, ac tantam dignitatem, tam eximiū Magistri Dei decorantem diffidet auctoritas filii inaequundus reputatus est Canaan, eo quod nuditatam patris nolaret operire pallio, & ille vere nudatus, & filii vere cundi existimabuntur, qui Dei Matrem, & sua conceptione vestre originali nuditatem proclamanti, quando Ecclesia colis induantur? Quid ergo vos ipsi ex imperio Apostolico, sic venerabilem vestitam? Nolite vos soli in Orbe Christi esse sapientes, & securi estote, quod vobiscum non est sepelienda sapientia Conceptionis, nec S. Thomas unquam fuit pro vobis, sed semper frater, & est pro nobis, & pro Ecclesia inseparabilis; immaculatae existisse conceptionem Virginis de primo in sancti; quid manet vobis, nisi datum quod non estis heretici, & non mortaliter peccatis? non enim hic est decisum ab Ecclesia Romana: vacuam, unicam est, quod vobis indulxit Pontificis, non vera, quod infectionem predictis, insinuat, doceatis, suadeatis, quod ex decario Apostolico indulgentias consequamini, neque aliquam benedictionem Apostolicam habeatis putatis ne esse aliogod periculum erga conceptionem puram? Si sic sc. neatis, inveniatis, censuras, si autem illud non sint isti, sed oppositi, cur ergo in tam piam, & securam sententiam cum reliquo Christiano Ordo se non concurreritis? Quid enim estis vobis nisi gutta aquae ad Oceanum totius Christianitatis?*

Sed ulterius vobis proponere cum nostro Catharino iasiam querimoniam Christianam, & pia mente suscipite, nec spernatis confutatum pacis, quod à vera charitate proficitur; putatis ne Sacrae Cantus Romanam Ecclesiam ex levitate ferris, ut sit alignando infectionem verisam amplexatur, vel saltum cultum illum reprobatur, quem semel sanctissimis decretis ipsa suscepit, & solemniter omnium Ecclesiarum ritu, cum munificentissima indulgentiarum largitione, iamduum per centurias celebrare persenerat, ut illum quod solemnis similes mutationis exemplum proferre, quod in spem bonam erit, peccare possit est vestra postea infectione victoriati? Si hoc vobis persuasisisti, quis non videat in quanto errore versemini, quamque parum pie de presidencia Dei erga Ecclesiam, & eius gubernationem sentitis? quo se victorie spem vobis crepat cernitis, plam, cur non anteneris severioram aliquam Ecclesie sententiam, que non patietur ulterius serpere infectionem, dinovo cultui repugnantem? Quid enim vobis praeferre imminens periculum publice ignominia restat? Hac ego vobis cum Catharino. Sic Ludovicus Aliaga, maiora ex illo suo tempore proponenda Deo fauente, & Delpara intercedente.

Et quod maius omnibus est plausibilitas uniuscuiuslibet communis, uniformis, per sua quatuor Regna sentiens, exhortans, suadens, & praedicans fidelicibus Conceptionem puram, quasi per acclamationem omnium, annuentibus, & consentientibus Praelatis ciuitate Aragonie, in tantum quod sacra Theologiae Professores, & Magistri publici Interpretes Uniuscuiuslibet vount, & iurant defendendam Conceptionem primi instantis; nec simulant, quia ut exponit Oppositor, sic simulare esset peccatum mortale, & sic censurare tot gra-

uissimus Doctores lumina Mundi esset temperatum, & propositio censurabilis, denunciabilisque, & tam antiquum est in istis Regnis hoc nobile sentire de nostra Domina, quod adhuc ante Beati Apostolica iam noster Sanctissimus Vincentius titulabat in suis homilijs istam feicitatem conceptionem, non sanctificationem, sic se declarans, ut defensor, & Protector Conceptionis Immaculatae de primo instanti, quid ergo ad te Aragonia Magister Complutensis, ut pro illa, sine illa, contra illam te substitutas Oppositorem puritatis? *qui cum uestrum ait Deus potest aduersus suam cubitum unum?* Domine ut video Magister Complutensis addidit fibi cubitum Aragonie, & quod Deus impossibile celum Author memorialis prior Deo exequatur est? Depone iam ornatum tuum, ut sciat Deipara quid faciat tibi, sedde quae sunt Caspari Casari, & quae Dci Deo, & prerogativa Aragonie redde sua Iurisdictioni, attende, quod inuis exilens impedit cognitionem extranei, de Commissis Index debitus, in non commissa quare intrasti non habens vestem dupliquetem Conceptionis ut singularis Provinciam candidam non candidam? Gloria nostra haec est, & testimonium Conscientiae, Catalogus Sanctorum, & Epilogus dictus Magistro, & Doctorum; Quare ergo Magister Martinez sic infamavit Aragoniam, ut illam titularer iustificarem. Virginis, cum radios puri tatis semper docuerit e proprio Sole sua Coronę Angelico Doctore, qui in propinquiora maior Sol, & magis Sol, & ideo nunquam recedit a sua solida doctrina sicut recesserunt alii extra Aragoniam, ut Turrecremata, Carijanus, Victoria, Cano, Ledesma, Arauxo, & quamplures alii; perficietur ergo ille lustre nomen Thomistarum, si omnes nos, apud nos vno ore acclamemus Deiparam sine labe originali immaculatam, & conceptam.

Quartus exeflus, vel, ut melius dicam, secundus error peior priore antecedente est, exponere totum nostrum Ordinem in vniuersum, communem oppositorem Conceptionis purae, & nescio, quo fundamento, tantam ignominiam imposuit: & secunda culpa quod ipse ex ordine, quem habet ab vniuersa Religione Prædicatorum sic loquatur, & eo nomine contradicat ostendat ordinem, & ex quo ipse solus sit Vices gerens omnium Provincia rum, scrutemur nostrum Ordinem; quia certe Oppositor nequaquam scriutatus est; Ult̄a Aragoniam igitur habemus pro pura Conceptione Beatum Albertum Magnum, Sanctū Antoninum de Florentia: Venerabilissimum nostrum Jordancm successorem Sanctissimi Patriarchæ nostri Dominici: Sanctissimos Pontifices Pium Quintum, & Benedictum Undecimum, Ioannem Taulcrum, Doctorem Illuminatum, Ludouicum Granatensem vitæ spiritualis per totam Ecclesiam Catholicam antesignanum, qui suis spiritualibus documentis innumerabiles Filios Deo acquisiuit, reduxit, & conservauit, Ioannem de Succia, Confessorem Beate Birgitæ miraculis clarum, deo otissimum Ioannem Lopez Episcopum Monopolitanum, habemus venerabiles nostras moniales Vrsulam Benicasiam, Franciscam Vaccinam, Ioannam à Conceptione, & Paulam à Conceptione, quibus reuelata fuit puritas Conceptionis de primo instanti, & Venerabilis Beatrix à Silua, cito non nostra, tamen ex grauiissimo Hypolito Marraccio Coelesti reuelatione, cum duodecim Monialibus nostris initituit ordinem Conceptionis, cui ostendit Deipara habitum gestandum candidum, & coeruleum, habemus Magnum nostri Ordinis virum, Sanctitate præditum, Thomifriorem omnibus Thomistis, Seraphinum Caponi, sentientem, & defendantem Conceptionem puram, ex Sancto Thoma, & cum Sancto Thoma, de quo sic loquitur in p̄ncto Conceptionis; *Sanctus enim Thomas semper fuit Ecclesia Catholice fideliissimus Propugnator, in illo, illa opinio est probabilior, quam Ecclesia admisit probabilem;* quod tolerat Ecclesia toleras Aquinas; & quod approbas Ecclesia, approbas Aquinas quod tenet Ecclesia, tenet Aquinas, quo declinas Ecclesia, declinas Aquinas quo patto approbas, vel reprobas similiter & Aquinas; Hæc omnia Seraphinus de nostro Angelico Doctore, loquens de puritate Conceptionis: est dicere vnu verbo, quod cum Angelicus Docto, sit filius legit, nus Ecclesia facit, quod videt matrem facientem, & matrem filiorum latenter, sequens quoad omnia omnes motus eiusdem Ecclesie, & vbi est, impetus Spiritus Ecclesie Romanae cit-

ca Deum, circa Deiparam circa Sanctos, & circa nos ille gradus habuit; & non solum ar-  
ticulorum, doctrinaru[m] que[n]t, & iure optato secundum eaque. Simius Thomas docuit de  
Ecclesia Catholica, possumus dicere, quod anima Sancti Thomae conglutinata est Scia  
Apostolica, & Breuibus Pontificis: & plusquam anima David, quia Iohannes dicit eum  
quasi animam suam: Iam vero Datus Thomas diligenter & sequitur Ecclesiam super animam  
suam, & supra Patres, & Doctores Ecclesie, & nullas Sanctorum Patrum ita demotra-  
tus est, pro vestigio Ecclesie, hanc Sancto Thomas, adhuc in illuminis, quando magis  
erga maiora, grandiora, supra omnia, Apostolica, & Pontifica, disposita, comitata, nullata, impo-  
rata proximaculata Conceptione de primo instanti. Et ita cum omni proprietate possi-  
mus dicere, quod Angelicus Doctor Datus Thomas Aquinas tertius, & totalem incorpo-  
ratus est Breuibus Mariana circa primum instanti infusionis anima in corpus, & cum ali-  
qua proportione discutere possumus quod sicut Pater eternus & Vnde, & dominus sicut in  
Filio tanquam in speculo, & in imagine, & figura Ecclesia Catholica in Iesu deo est, dispo-  
sitionibus, doctrinis, & quod omnes suos motus se vident in Aquinatu, & filio suo, &  
speculo; Et resolutorie affirmo doctrinas Domini Thome esse coheredes, & corporales,  
& consarcipiciis Ecclesie Catholica Romana, cuius factus sum Minister, & tanquam mi-  
nimo data est gratia hinc in Dominicanis proponere diuinis Thomisticis Conceptionis,  
& illuminare fideles, quia sit dispensatio puritatis Deiparae, ut interescat Regibus, Prin-  
cipib[us], Protestantibus, & omnibus alijs multiformis sapientia nostri Angeli erga Deipar-  
tam puram, & conceptam, quæ omnia amplius clare sent ex dieendis infra.

Habemus etiam Ioannem à Sancto Thoma primarium interpetem complatemsem,   
Sanctitate, ob[]eruantia, & Religione conspicuum in scholasticis doctrinis feracem, cuius  
sapientia Vniuersitas illustrat, & Veitæ Catholicae Maiestatis & Sacris Confessionibus,  
quibus addo Magnum Virum Ambrosium Catherinum Episcopum Minoritem, & Ar-  
chiepiscopum Complatum, qui ab humero usque sursum excedet in Ecclesia Dei omnes  
Theologos nostri temporis pura Conceptionis, & ab origine, & a priori per loca intrinse-  
ca doctrinalia probat, & defendit, & scholasticè, & Dogmaticè primum instanti puritatis  
Mariæ, subdens, quod omnes Provincie nostri Ordinis admirerunt Conceptionem,  
paucis exceptis, & quod magna nostri Ordinis portio, & dum maxime vigent, tum schola-  
sticorum, tum sacratum scripturarum studia celebritatrem Conceptionis recipit, & nemine  
reclamante celebrat, & hoc sequentes doctrinam Sancti Thome, & omnes Religiones  
pro Conceptione paro suffragant de nostris Authoribus, & de Sancto Thome, & adhuc  
Vniuersitas Parisiensis, dum florebat per Vniuersum orbem instructa, & edocita per Theo-  
logiam nostri Aquinatus vult, & iurante defendere Conceptionem puram, & concludit  
Catherinus, omnes Sanctos stare pro Conceptione, qui proponit duo miracula Concep-  
tionis & pro se, & pro Senensis, & ego immixta legi in alijs. Et Magister Medina  
Primarius Salmaticensis Interpres idem sentit, ex quo Ecclesia instituit Festum Concep-  
tionis.

Habemus etiam nostros Generales Dominicanos instructores Conceptionis, & defen-  
sores Conceptionis puræ, videlicet, Herbaam Natalem, Ioannem de Phenario, Albertum  
de las Casas, Franciscum Romeo, Séraphinum Caualli, Hypolitum Mariam Becaria, &  
iam meioratum Hieronymum Xauierre, & Ioannem Baptisnam de Marinis, de praesci  
gubernantem, qui inscripti Breuidarium, & approbavit ultra featum principale Coceptionis; Quod  
ex indulis Apostolicis pro nostro Ordine, secundum antiquam confuetudinem Religio-  
nis nostræ, secundum intentionem, & dispositionem Sedis Apostolicæ: vt pote circa primum  
instanti infusionis animæ, & Antonius Ioannes de Centellas Locumtenens Cameræ Ve-  
ritæ Maiestatis in hoc Regno Neapolitanæ certificauit mihi se vidisse copiam eiusdem  
Epistole eiusdem Generalis transmisæ ad Provincias Regnorum Hispaniarum, in qua exor-  
titur omnes Dominicanos, ut ascendent, & consentiant cum Populo Christiano Predica-  
tes, & sublimantes Coceptionem puram: Quomodo ergo Magister Complutensis pro-  
dit

dit in suo memoriali good nomine sive Religione logarithmum & Geoponit pura Sciences  
prionis, secundum omnia tantum in sua Religione, sed tanquam Epistola ista non apparet  
& credimus inutiliter facta. Cunctis Dominianis, & in huiusmodi nosferi Ordinis  
impressis anno 1522. & 1523. in multis missis & breviis, & in modis diversis proclamat. Coepit  
Decipara & Doctoribus supra potissimum Dominicanis adiungo virginem quod hinc Episcopos  
qui in Concilio Tridentino de subiecto plemento, Conceptione pura, & habentius nostros  
Cardinales, quam defensores, & argumentos habentes, atque Franciscanus, Thotinus,  
Lancium, Nicolaius de Sancto Scripturam, Didericu Malaia, Tertius ex parte logomenorum  
Dominicorum, Nicolaius Culanius, & innumeris Archiepiscopos & Episcopos.

Ecclesia praedicta, Regnorum nostrorum Princeps, habet enim legationem Magistrorum  
Sacrae Theologie protectors, Puritatis, Doctores, Conceptionis, Proceres nostrorum quoniam  
acceptio maiores, benigne fidei Ecclesie Catholicae, defensores Fidei, dilectos Doctores  
& hominibus, quorum memoria in benedictione est, & omnes discipulos Angelorum Dei,  
Ecclesie, & quo, penderentes a mortuis, surrexerunt laetitiae. Decipara Sanctissima. Et  
isti sunt, Joannes Viterbius, Ioannes de Sancta Comunitate, Hugo de Pizto, Floridos,  
Ioannes Bromiardus, Polignus, Franciscus Retes, Leonhardus de Melo, Jacobus de No-  
rimberga, Joannes Verri, Claudio Rosa, Petrus Ayaratus, Dominicus Solitarius, And-  
reas Recendius, Matheus Aquarius, Mandus, Antonius Nairro, Gabrera, Stephanus  
Mendez, Alphonius Nauarro, Ildephonus Girou, Franciscus Pontius, Ioannes Gonza-  
les, Antonius de Sotomayor, Thomas Gonzales, Ioannes dela Fuente, Alphonius Baro-  
nius, Petrus Vernerius, Ioannes Mata, Abraham Bzouius, Ioannes Sanchez, Petrus de  
Legilan, Dominicus, Ioannes de Montenegro, Ioannes Verdaci, Iacobus Egidius, Raphael  
de Promatio, Alimus Responsum, Nicolaus de Finali, Ragius Fuscarius, Forerius, Phi-  
lippus Diez, Leocardius Marinis, Hernandus Osca, Bartholomeus Munios, Dominicus  
Guzman, Thomas Campanella, Robertus, Cruelius, Alphonius Auendaño, Ioannes de  
Moreya, Ioannes de Luna, Philippus de Meneses, Antonius Ruiz, Bernardus de Nicia,  
Antonius Feo, Hyacinthus Coquio, Ludovicus de Torres, Didacus Ximenez, Didacus  
sanguis, Dominicus de Sancta Eusebe, Vincentius Tebeus, Vincentius Ensbercius, Ba-  
rtholomeus Ferrariensis, Andreas Cintetus, Paulus a Robando, Franciscus del Gado, Ni-  
colaus Ricardi, Ioannes de Ribas, Ioannes Heril, Ioannes Vederius, Hieronymus Al-  
monacius, Gulielmus Pepinus, Iacobus de Voragine: Quare ergo Magister Compli-  
tensis & Pastores, Prelatos, & Theologos non infectari: ut solus vis bibere aquam tur-  
bidam infectionisnum quid resistenter tua Brevia Apostolica, & puram Conceptionem  
euacuabit. Remitto te ad Sanctum Bernardum, qui fecit quandam Homiliam de singu-  
laritatibus vitandis. Est enim pernicioса singularitas, & maximè inter claustra, & pricipiū  
in doctrinis; Aper enim de filia, quia singularis, & ferus deputatus est Israel, sequere tan-  
tos viros, ne audias à Puernera Sanctissima, qui non est mecum, contra me est, & qui non  
colligit mecum, dispergit. Qui potest capere, capiat.

Sed de licentia tua Regie Maiestatis audiat maiora Magister Oppositor. Alexander  
enim noster Sanctissimus Pontifex i. suo Breui Apostolico decernit Conceptionem puram  
institutam, mores componere, viarem esse fidelibus, ad spiritualia dirigere, habere cul-  
tum, venerationem, officium, & horas Canonicas, Venerabilemque esse circa suum primi  
infans immaculatum, & omnia ista iuridica, solemnia, publica, communia, & Vnitaria, &  
& per Sedem Apostolicam talia, attendamus modo quid de huiusmodi disponat Religio  
Sacra Prædicatorum: In distinctione enim secunda de studentibus cap. 14. Sic imperat  
noster Ordo per modum ordinis omnibus Dominicanis præteritis, præsentibus, & futu-  
ris, & etiam ipso Magistro Oppositor: *Versari debent fratres nostri Scripturarum studia;*  
*aque eis, quibus consulere possunt saluti animarum, debent se affidare, & sollicitè exercere;*  
*aque illis, non fibi soli, sed etiam alijs ad bene, & sancte que uiendum documenta capere;*  
*Sic ordo Prædicatorum, sed hęc omnia enumerata militant demonstratiue pro pura Con-*

ceptione secundum omnia enumerata, & disposita per Sedem Apostolicam; & haec omnia sunt aliena ab infectione Beatae Virginis. Ergo Ordo Prædicatorum per modum ordinis imperat, instruit & determinat suos subiectos ad tenetendum; & docendum Conceptionem dispostaam ab Ecclesia pro prima instantia cum omnia pertineant per modum viae & perfectionis ad salutem animarum.

Secundus locus nostri Ordinis; & nostrorum Constitutionum in ipsis addicetur. Capitulum Generale Romae 1569. Vbi dicitur pridie precipimus sub ponta priuationis cuiusque gradus, ultra patrum in hoc statutum quod Magister Regens dei Doctor, aut prius alius Ordinis nobilitate offerre, vel defendere possit, sic priuationis Ultimæ ericulam pugnaremus afferimus ad bonos mores portinib; & quod fuit confirmatum Roma 1571. Batzinonæ 1574. & in eisdem Constitutionibus habetur. Probatur autem Fratres omnes rectare, aut confermare aliquam regulem operum suorum ad honestos mores pertinere noscuntur, nisi reprehendendo in statutis etiam respondendo: Sic dispositive est in Capitulo Generali Cesarea 1309. Mense 1331. apud Sacerdotium & 229. in Capitulo Generalibus istius Ordinis sed celebratis. Modo sic argumentatur. Diffinitum est per Ecclesiam Catholica Conceptionem puram de primo instanti pertinere, & conducere ad bonos mores gravissima decalogue & precepta, cum subiecto titulo primi instantis Immaculati sit Religio Institutus, & appropria per Ecclesiam Romanam; ergo Ordo Prædicatorum per modum Ordinis distinguuntur, & imperant sententiam Conceptionem puram, & docendam fidibus, & infectionem excludendam. Septimus locus nostri Ordinis est in prologo Constitutionis num. 2, ubi significatur, Unum ex tribus quo impedimentum salutem animarum est omnia auferunt in Conscriptis, & operationibus: Terrenas enim homines ex hoc instanti, ut salutem propriam negligantur: Negligent salutem animarum impediat, & defendatur est, ut in his quæ sunt irreparabiles, amicabiles nos hominibus reddamus, ac huiusmodi, ut benigne cum eis contacteremus. Sic Ordo Prædicatorum, quæ dispositio Sanissima, cum alijs propositis fundatur litteraliter in Sacra Scriptura, in qua Spiritus Sanctus ad proverbiis decimo octavo in capite sic firmat. Vir amabilis ad Societatem magis amicus erit quam Frater. Sic Deus. Ex quibus sic argumentatur. Sed pura Conceptione Beatae Mariae Virginis de primo instanti non solum non est mala, ne quæ est reprehensibilis, sed est laudabilis, commendabilis, venerabilis, licita, sancta, & per cultum solemnum fidelius propensa, & sic iusta, & imperata adhuc cum censuris, & sic est decreta per Sedem Apostolicam: Ergo Sacer Ordo Prædicatorum per modum Ordinis, non solum consulit, sed etiam imperat nos sentire, defendere, communicare, & docere debere puritatem primi instantis, videat modo Vesta Maiestas Catholicæ, quomodo Doctor Complutensis se opponit nostro Ordini per modum ordinis, & quod in expositis ab ipso, ipse est extra Ordinem, & Vefras Maiestas suo Regio Decreto intra Ordinem, totus Dominicanus existens, tanquam Patronus, & Protector eiusdem Ordinis.

Sed quia dictus Oppositor, de nostro Ordine, se potest appellare ad Sanctum Thomam, propono Maestati Vesta Catholicæ omnia proposita ex nostro Ordine, desumpta esse ab Angelico Doctore; & ita Regium Decretum non solum erit Dominicanum, sed Thomistum; Et noster Venerabilis Rex Philippus erit legitimus Thomista defendens Conceptionem. Probatur intentum, quia Diuus Thomas primæ ad Corinthios capite decimo Lectione septima, sic nos instruit, *Felix causis conuersatio amabilis, operatio utilis, intentio salubris; ecce optimus modus placendi hominibus, si omnium utilitates, non priuatione commodum procuretur.* Hæc Sanctus Thomas; sed conuersatio Conceptionis est amabilis apud proximos, & operatio eius est utilis ad omnes, & sic placemus hominibus, nihil istorum reperitur in infectione; ergo Sanctus Thomas stat pro utilibus pura Conceptionis. Confirmemus ista per Sacram Scripturam ad Ephesios quarto afferendum, *omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad adiunctionem fidei,*

ut dignitatem audiens in molle contristare spiritum Sanctum Dei; In quo loco Sanctus Thomas sic discutuntur, unde gratias audiensibus, scilicet, si talis bonus sermo sit probatus, vel talis sermo est conferens quia fruenter humano exhortatione, & per virtutem boni sermonis audiens, compunctionem disponit ad gratiam. Hec Sanctus Thomas; sed loquela Conceptionis purae, est bonus tempus, & probatus, & approbatus, & est conferens ad vitam spiritualem, & vindicandi in qua edificantur fideles, & disponiturne ad gratiam, & loquela infectionis est malum nec probata, nec approbat, in quo pachira, & careat circumstantijs predictis suis, & insufficientis, ergo Sanctus Thomas cum Spiritu Sancto demonstratiue ita preponit, non pro culpa originali, alias Sanctus Thomas contristaret spiritum Sanctum Dei, qui docet nos ut non nullum contristemus per sermonem iniustitiae, non edificantem, & fidelibus non gratum, sibi consulat Doctor Complutensis in hac parte; Ita super spiritum Sanctius primum ad Corinthios capite decimo quarto sic nos designat. *Sicut vos quoniam inimicorum vestrum presentes ad edificationem Ecclesie quarete et abundetis; vbi Sanctus Thomas; lata distinzione propter hys in abundantia Iustitia vestra maxima est, qua quidem Iustitia est ad facere alios; huc Sanctus Thomas; sed prima conceptione adificat, & abundat, & amicitio originalis non adificat, sed scandalizat, ergo Sanctus Thomas alienus est ab infectione, & propinquus in Conceptionem, & si non quaratus Conceptionem putram, & in ea abundemus, nec adificabimus, nec erimus emulatores spirituum, non sic Princeps noster Rex Philippius, sed in omnibus emulatores Catholicis circa spiritualia bona, & abundantia Conceptionis purae aerea ipso Deus sic nos exhortatur in apostola ad Romanos cap. 15. *Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem, eccliam Christi nos fibi placatis; vbi Sanctus Thomas, id est, debet condescendere proximo in his quae et placent, non datur in his, que rata sunt, sed ad honorem Dei. Et utrum acem proximorum ad edificationem deinceps hoc, quod aliorum voluntati condescendentibus ipse adificentur, & quod adificantur sunt in iunctu confundamus; huc Sanctus Thomas; & omnia confundas, affinas & concomitantipurae Conceptioni, quia placet hominibus, & adificat, & tunc illa debet nos condescendere ad fideles; Ecce omnia praedicta per Sanctum Thomam dissoluta infectionis, & iacteta ab infectione. Videatiam, Molestia, Catholicis, quomodo memoriari. Opponitur dissoluta; Sancto Thoma; & resistit in omnibus Sancto Thome. Deinde contra Opponentem de novo sic argumentor: Sanctissimus Alexander resolutus Concilium Tridentinum statre pro Conceptione pura de primo instanti; Videlicet modo dispositionem nostri Ordinis circa sequelam Tridentini; Natura igitur Religio in suis Constitutionibus de Capitulo Generali Romae celebrato anno 1569. Sicut: *Stricte precipimus sub pena priuationis cuiuscunque gradus, ultra penas a iure taxatas, ne quis Magister, Regens, aut Lector, aut quisvis alius Ordinis nostri audiret afferere, vel defenere publice, seu priuatis vilius articulatum pugnaret cum Decretis Sacri Concilij Tridentini, & in professione Fidei, quam faciunt Praelati, Magistri, Praesentati, & Lectores nostri Ordinis, ita dicunt. Omnia, & singula, qua de peccato Originali in Sacrosancta Tridentina Synodo disfissa, & declarata fuerant amplectior, & recipio, simulque contraria omnia reiatio, & Deo adiuuante, illa disposita retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis, quorum cara ad me in minore meo expectabat tenere, doceri, & praedicari, quantum in me erit, curaturum ego idem spondeo, vobis, ac Iuro, sic me Deus adiuvet, & huc Sancta Dei Evangelia. Modo sic arguo; Sanctissimus Pontifex Alexander decernit Tridentinum statre pro Conceptione de primo instanti, Ordo Prædicatorum subiicit me Tridentino, ergo subiicit me Conceptioni; Secundo Tridentinum nos omnes subiecti infectioni, ergo noster Ordo sentit omnes infectioni subiectos; Tertio Tridentinum excludit a suo Decreto includente infectionem culpæ originalis ipsam Deiparam, ergo & noster Ordo excludit Deiparam ab ipso Decreto claudente infectionem; Quarto Tridentinum pro ipsis Decretis videlicet scripturam, & Sanctos Patres, & Doctores Ecclesiæ, & Sanctum Thomam, & incepit illos pro infectione nostra abundantes, & efficaces, & insufficientes, & inefficaces***

pro Deipara, ut constat ex illis verbis, *Nisi esse suppositionis comprehendere Begum*,  
*Virginem*: ergo & noster Ordo sic sentit, Santos, & Scriptorum insufficientes, & ineffi-  
caces esse pro Deipara Sanctissima & quam consideratione ponderans. Summus noster  
Pontifex Alexander, se subscriptibit Tridentino, dum dicit omnes Scripturas, & Santos appro-  
priados pura Conceptione, ergo sic se subscriptibit etiam nostra Religio Sanctissimo Alexan-  
dro epula Tridentini, & epula Sedis Apostolicae: Et consideratione dignissimum est,  
quod dum Ordo Predicatorum pro hoc punitio Nos reddiuit, ad Tridentinum, Nos redi-  
cti simul ad Duum Thomam, quibus explicatis, multos pro Conceptione ad Tridenti-  
num securi critici de Tridentino confundentes. Sanctum Thomam, quia constrictio loqui  
car consequenter, & est dicere refutata Tridentino pro concepcione obiecta a Sancto  
Thoma per suam Doctrinam, quia Sanctus Thomas semper deinde astrictius pro Conci-  
liis, pro Ecclesia, & probatur singulariter discipulus iste cum ad hoc breviariis, & Decreto  
nostris Sanctissimi Pontificis Pli Quinti, in dictis factis, & Quod propositum Dei praeside-  
tia, ut Angelicus Doctor sit, & tertiarie Doctor, & anno Apostolicam Ecclesiam, in multis  
confusatis erroribus, illitteratus est ea tempore, quo Calixtus II. Ciuitas ad scriptis suis, mol-  
tague deinceps exorti sunt heresies confusas, & consuleti disapparetur, quod & arcta, &  
li-  
quid nuper in Savio Tridentini Concili, Decretis apparuit, sic Summus Pontifex. Ergo  
disposita per Tridentinum circa peccatum Originalis ex Pio Quinto iam depropria a  
Sancto Thoma. Ergo sicut Tridentinum ratione, & authoritate est pro Conceptione  
Deiparae, similiter Sanctus Thomas, & hoc ex Pontifice Pio, & ex nostris legibus.

Nec potest negari Rex Prudentissime, quod cum in Consilio Tridentino, tunc tot su-  
bitius pro pura Conceptione, securus nos dicit Religio nostra maria sublimitas, & meo  
videtur aliquatenus plusquam probabilis ex vi Ecclesiae, quia ex Ecclesiis refutatoria senten-  
tiosa, & veluti certa, quamvis non potuisse diffinitiona, & postea Sanctissimus noster Ale-  
xander se eleusat separa Tridentinum, ex quo Tridentinum nos prohibuit expreſſe, sed  
ad summam virtualiter, & implicitè scripturam, & Sanctos prodicabiles pro iufictione  
Beatae Mariæ Virginis, & Beatusissimus Alexander hoc expreſſe prohibet, & lane fine dubio  
virtualiter prohibuit Tridentinum; Quis enim ponderatis allegatis videns, quod Tridenti-  
num non inuenit efficaciter inclusam Deiparam in scripturis, et Sanctis, audet dicere,  
ego sentio oppositum, et indico esse inclusam; certe ego non auderem, nec audeo, nec au-  
det noster Ordo, sed circa Conceptionem Deiparae, sicut, et circa alia, omnes Nos in-  
stauranti vult per Tridentinum, et Ecclesiam: Et ideo pro doctrinis, ipse Angelicus Tho-  
mas etiam Nos dicit ad Ecclesiam in cuius nomine loquens de Ecclesia, in sensu litterali  
et iure verbis Spiritus Sancti Ecclesiastici 11. Sic cum Ecclesia loquente, et omnes fideles  
instruente pro Conceptione, et pro aliis; appropriate ad me indotti, & congregate vos in  
deum disciplina, quid adhuc retardatis operas meas, & togantur sum(in Sexto, Triden-  
tino, Pio, Paulo, Gregorio, Alexandro) collum vestrum subfice sugo, & suscipiat anima  
vestra disciplinam, in proximo est enim inuenire eam, letetra anima vestra in misericordia  
etas(præterante inquam Deiparam) & non confundemini in laude ipsius operamini opus  
uestrum em ante tempus, scilicet diffinitionis, & dabit vobis mercedem vestram in iepore suo;  
Sic Deus, et sic Thomas super symbolum Fidei, et sic ego: Sentio ergo refutatoriæ Catho-  
licissime Rex, quod pura Conceptione de primo instanti potius virulanda est Refutatio  
Ecclesiae, sensus Ecclesiae, quam opinio Ecclesiae; Videat iam Regia Vetus Maiestas quo-  
modo Sacer Ordo Prædicatorum in se, & in suis determinatè obsequiat Deiparam puram,  
obsequiat Sedem Apostolicam, obsequiat Ecclesiam Romanam, obsequiat Brevia Ponti-  
ficia, et obsequiat te Nostrum Regem Philippum, Conceptionis pura Ildephonsum  
Primum, per quem vivit, et regnat Conceptionis immaculata in secula seculorum, Amen.  
Et Sanctus Bonaventura, Ecclesie Doctor stat pro Conceptione pura; quidquid recla-  
mec Opppositor Complutensis, vidi enim Sanctum Bonenturam pro nobis, & ipse Doctor  
Complutensis etiam vidit.

Quintus

Quintus ex eiusdem Oppositoris est, proderi Sanctum Thomam Aquinatem perpetuum. Oppositorem puræ Conceptionis de primo instanti, & quod, sic sentit, & cognoscit totus Mundus, (sed Mundus eum non cognovit) quæ oppositio, invalida manet abundantissimè ex dictis, sed procedamus veterius contra illam; Itaque supponit Diuum Thomam oppositorem, sed non probat: sicuti neque alia à se deducuntur, tantum ergo supponit, volens in hoc intelligere, quod suum proponere est, sicut velle Diuum, quod ex Sancto Thoma in materia de voluntate Dei est causa rerum; supponit ergo probandum, & quam falsa siccius suppositio, Rex Prudentissime, démonstratum est in hac mea defensione, cum videtur iam innumeræ doctrinas Angelicas, Thomisticas, certas, demonstratiæ in obsequio Conceptionis Beatæ Virginis, & quæ amplius alesclæs Dominicanos cum Sancto Thoma, & ex Sancto Thoma defensores puritatis nostræ Dominæ; Et si opis fuerit, habemus prætentibus, ultra centrum Doctrinas Sancti Thome addicendum, & Theologandum pro mysterio Conceptionis de primo instanti; nihilominus tamen aliqua proponemus veridica, & secura, ut confirmetur iam demonstrata. Et ut legitimè argumentemur consulamus iterum, atque iterum Nostrum Oraculum Sanctissimum Alexandrum, in suo Breui Pontificio resoluti Conceptionem puram de primo instanti esse consuetam in Ecclesia Dei sine intermissione, ex quo incepit coll. & Venerari, & auquam nomine suo proprio immutato; Sic Summus Pontifex, Videamus modo qualiter ic habeat Sanctus Thomas in consuetis ab Ecclesia; In quolibet enim secundo articulo septimo sic ait; **maximam autoritatem habet Ecclesia consuetudo, qua semper est in omnibus emulanda, quia ex ipsa doctrina Catholicorum, ab Ecclesia autoritatem habet;** unde magis standum est **Conscientiam Ecclesia, quam vel autoritati Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscunque Doctoris,** sic exprelse Sanctus Thomas; & idem docet in secunda questione decima articulo duodecimo. Sic igitur arguo ex Sancto Thoma. Sanctus Thomas est expressus pro consuetudine Ecclesia, & ita expressus quod semper est talis: quia docet quod Ecclesia consuetudo semper, & in omnibus est amittenda, ergo Sanctus Thomas non est opinatus, sed demonstratus pro pura Conceptione consueta, cum Ecclesia sit demonstratrix pro eadem puritate consueta: confirmatur ex nostro Seraphino, iam memorato in tercia parte Sancti Thome questione 27. articulo secundo, ubi ait quod nullus Catholicorum Doctorum contra leges Ecclesia suam sententiam defendit, nec unquam defendere voluit; Quin immo in suis dictis Ecclesiam, cui regulariter veritatis proposuerunt, & sua doctrinam, solam semper autoritatem Ecclesie intelligi voluerant, ut videtur est in Decretalibus 24. q. c. quonies, & ex secunda secunde Sancti Thome questione undecima articulo secundo ad tertium. Quid quod puritas Conceptionis non solum est consueta, sed supra consuetudinem est instituta iuridice, & solemniter, & habet cultum publicum, uniformem, regularem, & viuensalem, non interruptum: ergo si solum supra consueta Aquinas est rotus, supra majora totus, & totaliter, nec diuisus.

Declaremus ipsum Sanctum Thomam: vel doctrinæ Angelici Doctoris repudiatur conceptionem puram de primo instanti consuetam, & institutam, & sua Brugia Apostolica in hac parte, vel approbat & admittit; si hoc secundum, ergo Sanctus Thomas est pro Conceptione ex se ipso, & ex Beatisimo Alexandro, ratione institutionis, & consuetudinis declaratus; Si primum ergo Sanctus Thomas ex ipso Sancto Thoma non est audiendus; **Si** Agustinus repudiatur consuetudinem, Agustinus non est audiendus, ex Sancto Thoma, nec Hieronymus, nec quilibet alijs Doctor, ergo nec Aquinas, si in eadem linea; Sacri enim Doctores habent autoritatem in Doctrinis ex Sancto Thoma, ab ipsa Ecclesia, ergo solum admittendi sunt, ut sublunt, & subordinantur Ecclesiæ, non præter Ecclesiam, non contra Ecclesiam; Et epylogus est; Sanctus Thomas negat, Sanctos Patres pro consuetudine Ecclesia, & ait quod consuetudo præseritur omnibus Sanctis, sed Ecclesia in Sanctissimo Pontifice Alexander se declarat pro consuetadine Conceptionis: ergo Sanctus Thomas pro Conceptione, & ita Summus Pontifex Alexander appropriat sibi ipsum Sanctum Thomam, & declarat Sanctum Thomam pro Conceptione, quia Sanctus

Thomas non se negat pro consuetudine, quia semper fuit consuetudinis, & ad intelligendum Sanctum Thomam debemus recurrere ad Subiectum Pontificem Alexandrum, non ad Oppositorem, sicut & ad inelligendam alios Sanctos Patres ex nostro grauissimo, & doctissimo Viro Grauina, Doctore Dogmatico illius Scripti, ut videre est in libro meo, vbi ad argumenta Erasmi Heretici contra puram Conceptionem, & Sanctos Patres Respondendo abundantissime cum dicto Magistro Grauina Venerans Sanctos Patres, & taluans Conceptionem puram; ibique docet metnorus Doctor, quod ad Ecclesiam Romanam pertinet declarare in Doctrinis sensum Sancti Thomae, & Patrum Ecclesiae, quoniam huc sit gratia Sancti Thomae, quod tam expressus est pro Ecclesia obsequiente Conceptionem, & ante ipsam Ecclesiam declarantem, quod non eget declaratione.

Illustrissimam, Catholice Monacham, consuetudinem, & institutionem Conceptionis patrum plane Thomistam, & de Iure Dominicanam, ultra praedicta peculiari doctrina salutiferis plenaria sacra Religionis, que instruens nos omnes ad munus nostrum instituti, scilicet, ad salvamentum animarum, & predicationem verbi Dei, loquens hoiter Ordo de Officio Predicatorum cap. 45, sic decernit: *magis illi semper fudeat predicare, per quam magis videatur posse fructificare*, sic Ordo Predicatorum: ac qui in effectu culpa Originalis hi ponatur in Beata Virgine, nec fructificat, nec adificat, nec est acceptabilis, neque accedit ad horas canonicas, neque ad sacrificium Missae, neque habet cultum, nec institutionem, & omnia praedicta abundant in Conceptione pura, que mirabiliter fructificat, & hoc per instinctum Spiritus Sancti, & ex ordine Sedis Apostolicæ vt vidimus, & videbimus, & in hoc sensu sic decernit Summus Pontifex Alexander: ergo in ista oratione, tan nobis salvifica, & Depe, & honorifica imperativa, & non sua sponte, nec liberè remittit Dominicanos, & ipsius Oppositorem Religio nostra, & ad puritatem de primo instanti frugiferam, vtilem, & salutarem; Ne tamen ergo dicimus vilium offenditionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, in salute animarum, & in progressu virtutum, cum de Sanctissimo nostro Patriarcha legamus, & de illo praeconizet Ecclesia tantum elogium, quod dicat salutis animarum scientissimus; Beati igitur erunt qui esuriunt, & sitiunt iusticiam puritatis Conceptionis, & institutione pro se, & pro aliis, & alias vt dictum est, Conceptione pura non est mala, neque reprehensibilis, sed commendabilis, neque est contra Deum, sed iuxta Deum, & Petrum, & Sanctorum Pontificem Alexandrum, & in se bona, licita, venerata, vtiles, & dominis ista iuridica, & solemnia, & sic disposita, & resoluta in inicio contraditorio, ergo Ordo Predicatorum ex vi presentis resolutionis determinate nos dicit in pura Conceptione de primo instanti.

Coronem, & coroboremus, Maiestas Celsa, prædictam dispositionem Dominicinam ex doctrina Angelici Doctoris Sancti Thomae, vt Oppositor habeat duos testes concilii contra se; Diuus enim Thomas in quolibet tertio articulo 10. sic docet: *Qui enim assentit opinioni aliquis Magisteri contra id, quod publicè tenetur, secundum Ecclesiam auctoritatem non potest ab erroris vitio excusari*, sic Sanctus Thomas; sed ex auctoritate Ecclesie publicè tenetur, & colitur Conceptione pura de primo instanti, ergo ex Sancto Thoma, qui non assentit Conceptioni pura, vitio non excusat, & hoc legitime inferitur ex vi presentis doctrinae Sancti Thomae: Vbi debemus considerare, non dicere Sanctum Thomam esse vitium euoris, sentire contra id, quod publicè diffinitur ab Ecclesia, sic enim esset aliquis Hereticus formalis, & expressus, sed admittit Sanctus Thomas vitium erroris in sentire contra id, quod publicè tenetur secundum Ecclesiam auctoritatem; Loquitur ergo Sanctus Thomas in praefacti de vitio erroris circa tenere, & non fe istromittit circa definire: Quod autem publicè tenetur in Ecclesia, & ex Ecclesia Conceptione pura, patet demonstratiue, & experientia, institutione, cultu, veneratione, & ex Breuibus Apostolicis, & resolutoriis, & definitiis ex Sanctissimo Alexandre: talem notam erroris oppono referens Sanctum Thomam, & ex auctoritate, & Doctrina ipsius Sancti Thomae, vt sic ex vi meritorum, vel potius demeritorum non assentientis doctrinæ, qua-

publicè & communiter tenetur secundum Ecclesiarum authoritatem; sed si inenarrabilem est  
re ab extrinsecō potest impediti ab ipsa Ecclesia, vñque ad tuū ipius p̄ficiū à Dicō, et  
rationibus sibi benevolis, & iuris quasi doctrinaliter, & obiectū me habens, ab eo cum sancto  
Thoma, ut Ecclesia subiecto extrinsecō veri me subscribo cim Ecclesia; Et si interrogari  
cui me magis, vel potius, subscribo, Respondeo quod & si in minimo Sanctus Thomas  
dissentit ab Ecclesia, subscribo me Ecclesia; sed tamen ex vi certarē illogistica aliud est  
in aliquā Doctrinā esse defectum grauen, aut lauem, & aliud est talem defectum pessime  
objici, & siue ex una parte, siue ex alia Ecclesia me subscribo; & pro Anglico Doctrinā  
adhuc sic discutere circa præsentem materiam, Ponit se enim prohibet censuram heretici-  
am, & mortaliter per sentire infectionis, sed ex hoc salvo meliori Indicio, vel, salua re-  
solutione Sedis Apostolice, non apparet, quod Ecclesia Romana probat non esse defec-  
tuosum non assentire Doctrinā, que publicè tenetur, & colitur, cuo maxima solemnitate,  
secundum authoritatem eiusdem Romanæ Ecclesie, & meo videri, adhuc tenet sub-  
tiliter Doctrina Sancti Thome semper propensi pro Ecclesia, & etiam nostra Religio, ex  
allegatis: Quae omnia saluari posunt cum aliquali defectu in non assentire puritati, con-  
seruando integrum prohibitionēm Ecclesiæ circa Hæreticare, & mortaliter peccare: Nec  
possim in intelligere Sanctissimum Alexandrum, & Breui Apostolica eximere ab aliqua  
notā culpabilitatis illos, qui ex vi sua professionis, & ex imperio suorum legum tenentur  
assentire doctrinis pura Conceptionis expositis, & declaratis eo ut maximē quando tales  
leges sunt obsequiose, & conformes dispositis ab Ecclesia, nec valet fuga quod habent li-  
bertatem sentiendi ex Pontifice, quia hæc libertas, est iuxta sua instituta, & melioris condi-  
ctionis esset, & maiori perfectionis non vñ talis libertate, secundum dicta vñque in  
præfensi, & ego habeo libertatem sentiendi, & prædicandi Puritatem sicut & alii ab Ec-  
clesia Romana, & vt Dominicanus constringor ad idem professio mea, vt vidimus, &  
vltra. H. memoratus Comes habebat breue particolare Alexandrinum, vt possem oce-  
re de Conceptione in sua octaua celebrata Napolii anno 1662. & prohibitus sum ab ini-  
teriori Pape, & valde ineriori, scilicet a E. Ambroso à Rilza Vicario Generali vnius parus  
Congregationis vulgo dicitur, dicitur *Santid*, inferiore, in quaenam Ecclesia Romana, nec se-  
quente in facto nostras leges: co vel niximus quod inter Fratres sui Conuentus Sancti  
Spiritus erat loqua vulgariter quod quilibet coruus pro vna dupla aurca libertissime pre-  
dicaret Conceptionem parabat; hec vñ pro fuga proposita, & sic refero; non ut dispu-  
tem ex illa, quia de illis nūquam arguo, & dictum fugam existimo illicitam ex vi  
nostrorum legum. Quam formalitatem semper iudico se quibilem, & sequendam, & pro  
nunc censeo dictum Oppositorem omnifilio nostras leges, et Sanctum Thomam Aquina-  
tem, salutem animarum, & utilitatem spiritualem proximorū, et fidicium.

Sed in oppositum se suffragat, Catholice Monarcha, contra nos ex plo Alekandro, per  
illumin terminum, *veramus*, positum in Breui ipsius Alexandri, ne censuratur Hæretici,  
neque mortaliter peccare tentientes infectionem Deiparam, hec est summa sui Refugij, &  
vnica, & sola, & minima, & forte ratiæ refugium his nostris temporibus parè negatiuum,  
sine aliquo positivo influxu Sedis Apostolice, circa infectionem; sed tamen hæc eius  
iam manet annulari ex immodicā propensis, & ex omnibus dictis antecedenter, & anti-  
plus contra illam sic insurgo; Datūt libertas sentiendi infectionem speculatiū tantum,  
transfusat, datur libertas speculatoria summi, & practica, & practicabilis, nego. Hæc enim li-  
bertas (vel vt melius loquar) necessitas est pro pura Conceptione, & hoc adhuc secundum  
ipsius Oppositorem admittentem, prohibitorem Conceptionem puram; quare ergo pro  
minima libertate, & veluti negaria etiam tenaces, & pro maiori politiua, Catholica, Uni-  
versali, Dominicana, & Thomistica, nec adhuc sumus remissi, sed restores, ne dicam iniuratores tolerabile malum, si malum. S. I. p. Oppositore ex ipso met se queretur in-  
fectionem suam, sed adhuc se suffragare ex nostro Ordine, & ex Sancto Thoma, aliquale  
grauanaci appetit facere tanta. Numqua socii suis contradictionis. Alexander enim

Pon-

Pontifex contradictores Conceptionis pure, & frustratores Breuum eiusdem exponit in multis Rebello, pertinaces, & inobedientes Ecclesie Romane, & utram illos exprimeret, ut iudicaret Ordinem nostrum per modum ordinis, & nos omnes comprehensos in eis indirectis obliquitatibus; Et in non bene actis, quasi benedicere Religionem Prædicatorum, & Anglicum Doctorem, videtur sapere iniuriosum quid, hoc timebat patientissimos, ideoque sapientissimus Rex Orientalis Iob de filiis suis, & sanguis diluculo offerebas Holocasta pro finibus; & dicebat, nec forte peccauerint Filii mei, & bene aixerint Deo in cordibus suis, sic faciebat Iob cum his diebus; Sic Deus, sic Iob. Non utique cruciabatur Iob de defectibus filiorum, ut cumque, quia manebat recursus ad misericordiam Dei cognita culpa, sed filios suos deficeret, & eum benedicere quasi se summa ganes ex Deo, hoc timebat Sanctus Iob, & Holocaustus matutinis præueniebat Deum, ut illa non permetteret; Sentiat Oppositor, Catholica Maiestas, quicquid veit de infectione, sed offeratur Holocaustus, ut si deficiens non benedicat Sanctum Thomam, nec Ordinem nostrum, neque ab illis suffragium petat, aut habere simulet, & affirmet, & certe taliter operari esset materia doloris; sicut & est amaritudinis, iniustum certe apparet Sacram nostram Religionem per modum ordinis, & Sanctum Thomam Aquinatem, & omnes nos in viuierum discordare a fidibus, a fine Breuum Apostolicorum, & ab omnibus Religionibus, cum concordia in praesenti materia sit facilis, meritaria, frugifera, & utilis ex Divo Thoma, ex nostro Ordine, ut visum est.

Tertio sic argumentor Sanctus Thomas, & nostra Religio, nos dicunt ad maiorem conformitatem cum Ecclesia, sed libertas speculativa, & practica, ut à notorio patet, est conformior cum Ecclesia, quam libertas opposita negari, minima, & veluti puri speculativa: ergo ex vi Doctoris Angelici, & nostri Ordinis gaudente debemus nobiliori liberate, maiori, & perfectiori, qualis reperitur in sequula speculativa, & practica Conceptionis pure: & est post Ccelo errare, docere, quod solam est admittendum definitum ab Ecclesia tamquam de fide. Sic enim pauca de Sancto Thoma admitterentur, & nihil minus tamen admittentur, & publicantur: & iuste quidem, quia per Ecclesiam approbata, ut curiant, & doceantur ex approbatione enim Ecclesie de Iure sequitur cursus, & instructio, seu sequitur curtere, & docere; sed pura Conceptione de primo instanti habet maiorem approbationem, & sublimiora induita, quam Doctrina Sancti Thome, quare ergo admittit omnia de Sancto Thoma interius, & exterius, & ac ipsa Ecclesia nihil admittit pro pura Conceptione, eo vel maxime quod Sanctus Thomas de suis Doctrinis non te approbat, nec se commendat; commendat vero, & approbat omnia, quae originantur ab Ecclesia. Modo sic argumentor. Tam potens est Ecclesia apud Oppositorem pro omnibus contentis in Sancto Thoma, & tam infirma, & imbecillis, & veluti impotens est Ecclesia apud ipsum pro tanta Regina? Sanctissimus Alexander iste Pontifex Magnus pro beneficijs ipsius Oppositoris? Et Alexander nec Pontifex nec Doctor pro Conceptione pura Beatae Virginis? Et quare voulentur innoxa, & voulentur, et maiora non voulentur, sed repudiantur? et contradicuntur? In minima Beatissimi Alexandri pro infectione tam propensus, et in majora eiusdem Beatissimi Alexandri circa Cœlorum Reginam tam remissus? Et via remissus, et non Oppositor. Alexander, Alexander, ex ipso contra Deiparam, et Alexander, non Alexander in obsequium Deipara? quando Vniuersitalis Ecclesia, et tota Christianitas, ac Vestra Catholica Maiestas acclamat Alexandrum, esse Alexanorum protstanta Lomina?

Sed qui Oppositor semper repropriet ad suam vetatam, pro libertate sentiendi, veluti à priori, sic arguo contra illum; habet libertatem sentiendi infectionem modis explicatis concedo, habet libertatem non adificandi, nego. Immo habet necessitatem adificandi; habet libertatem disputandi, loquendi, & proponendi infectionem, nego. Immo habet necessitatem tacendi, & habet libertatem negandi Conceptionem de primo instanti esse institutam horas Canonicas, sacrificium Missæ, & priuandi se ex vi Ecclesie, & ex vi Nostris

stii Ordinis, & Sancti Thomae, fratribus spiritualibus proprijs, & alienis, inlinim, sed  
habet necessitatem, & ex vi sui iustiti ambuci tot, & tanta spiritu salia bona; habet  
libertatem non sequardi suam professionem in imperatis, in consilij adductis aut ex-  
pressis in nostris legibus pro doctrinis acquirendis, & communicandis, minime, sed ad  
hac habet necessitatem, Habet libertatem dicendi Sanctum Thomam Doctorem Eccle-  
sie laureatum ab ipsa Ecclesia non sub alterius Ecclesiaz opere, & sermone quod omnia  
bene visa Ecclesiaz, & approbata ab ea, minime, sed habet necessitatem dicendi, & pu-  
blicandi Sanctum Thomam Doctorem Angelicum in omnibus doctranis suis, & in his  
quaer pertinent ad puram Conceptionem semper esse subditum, & subiectum Ecclesiaz, &  
hoc demonstratiue, non probabilius, seque opinatiue, Habet libertatem sentiendi infes-  
tationem ut persona particularis transeat ut persona vero communis, & ut Minister Ec-  
clesiaz, nego habere libertatem pro infectione, Est enim Minister Ecclesiaz, & communis  
persona ut celebrat, & recitat horas Canonicas, & i uangelizat ut conuertaturcum  
fidelibus, & sic semper debet esse pro Conceptione pura, & in nostra regula sic habeatur.  
*Ante omnia fratres Charissimi Diligitur Deus; Deinde Proximus*, & vbi proximus fidelis,  
& vbi proximus Deipara si in solemnis Conceptionis non approbamus utilia, & hono-  
rifica ipsi proximis? Charitas enim proximorum ex eadem regula nostra, communia pro-  
prijs, & propria communibas anteponit, & consequenter dixit Paulus: *omnia mihi licent,*  
*sed non omnia adiificant;* nemo quod suum est queat, sed quoad alterius, scilicet proximi, &  
prima Corinthiorum XI. si quis autem videtur contentiose esse, nos talen confuetudinem  
non habemus, neque Ecclesia Dei, hoc autem praeceptio, non laudans, quod non in melius, sed  
in deuersorio, (hoc est infectionis) conueniens, & cap. 14. sic alloquitur oppositorum; *quid*  
*ergo est fratres cum conuenientis* (ad solemnem Conceptionis) *unoquisque vestrum* (in Pro-  
vincia Castellae) *Psalmum habet, lingua habet, interpretationem habet,*  
*Apocalypsim habet, & ad quid tanta Apostole Paulae subdit, Omnia ad adiunctionem sicut;*  
*Sic Deus, sic Paulus, sic vestra Maieblas, & sic Ego.* Quare ergo in sua propria (infectionia)  
quasi negatiue, libera, & parum positiue, nec proficia, nec adificantia, nec salutifera;  
Inimico in multis noxiis tam feruidus, & in necessaria, iusta, honesta, dogmatica, nec re-  
missus, Et si ad utrumque facultas, quamuis inaequalis admittat utrumque. Possumus illi  
opponere, Catholica Maieblas, quod oppoluit Sancta Margarita suo Preidi, sic enim  
retetur in Breuitorio Dominicanum. *Dixit Prefectus Olibrius Sancta Margarita quid sol-*  
*tius, quam ut Deum quislibet faciat Crucifixum?* ad bac Virgo. *Vnde, dicit, oro, didicisti Do-*  
*minum Iesum fuisse Crucifixum?* tum Preses, ex libris Christianorum, cui Margarita,  
*quamam verecundia est, ut cum in eisdem libris legatur, & pena Christi, & gloria alterum*  
*credassis, & alterum respucas?* Sic Margarita. Cum ergo in Brevibus Apostolicis detinat  
permisso infectionis ex una parte, & ex alia gloria, & Catholica resolutio puritatis Con-  
ceptionis modo Vestra Maieblas respondere potest cum Sancta Margarita ipsi oppositori.  
Et adhuc quod si, admittat utrumque nec erit perfectus Dominicanus, & legitimus Tho-  
mista, quia ut demonstratum est noster Ordo, & Sanctus Thomae nos inclinante, & im-  
pellente in Ecclesiam, & Conceptionem puram, debet ergo illam admirtere, toto conatu,  
vel saltu cum maiori, & si sequatur cum minori suam infectionem quantum ibi scitum  
fuerit ex Ecclesia; Tamen, ex nostro Ordo, & ex Sancto Thoma sequatur puritate mea  
alias ipsi, & suis opponemus cum Sancta Margarita, & vbi est authoritas, vel facultas ut  
alterum admittatis, alterum respucas?

Suadeo ergo, Rex Clematissimi, nostro Oppositori, ut integrè consideret illum ter-  
minum, vetamus, Sanctissimi Alexandri; talis enim terminus folium cadit, & appellat, ut  
sentientes infectionem Beata Virginis non censurentur haeretici, & peccare mortaliter,  
& quod maius est in hac consideratione, quod ponderamus rationem ipsius Pontificis,  
quare apposuit illum terminum, vetamus, subdit enim Pontifex, quia hoc, scilicet, esse  
haereticos, & mortaliter peccare non est decisum à Sede Apostolica, folium hoc prohibet,

non aliud, & hoc est licitare eos quasi negative, non positiue, & inter nos esse hereticos, nec peccare mortaliter, datur medium, videcet esse imprudentes, vel peccare venialiter, Sex censura, non videtur prohibitum ex vi illius termini veramus; nec veramus sicut sentientes infectionem, quod non sint fractores suarum legum, & omissores Doctrinæ sum si ista eos consulunt, & adducunt ad sequelam Conceptionis puræ & Ecclesiæ illam instituentis, quanto magis si imperent, in quo saltim erit a qualibet venialitate si non scriventur statuta, & Iura, quæ valde distant à sphera Conceptionis puræ. Et est maxime præ oculis habendum, Regia Maiestas, quod dum Alexander Pontifex proponit sublimis, & illustris Conceptionis puræ institutæ non ait, veramus, censurare defensores Conceptionis Virginis, quia hoc non iudicavit necessarium; Ipsa enim natura puritatis institutæ, & venerata tam solemni ritu, de le prohibet censurare leuentes tam cœlestem Doctrinam; iam vero cum Pars contraria veluti desstituta sit tot in fragis, & encomijs, unibus munita est Deiparae Conceptione, videatur ex hoc censurabilis, & censuranda, sed quia hoc non potest fieri sine autoritate Ecclesiæ, id est apposuit Stimmus Pontifex Alexander illam clausulam, veramus, non ad corroborandam infectionem, sed ad solarium sua solidinis, & quod sine ordine non improperearetur; Ex quibus manifestatur quanto affectu debeatnos omnes esse propensi interiori, & exteriori erga Conceptionem de primo instanti puram; Ex quibus satis ostenditur, quomodo preallegatum memoriale Oppositoris non fundetur in nostro Ordine, neque in Sancto Thoma.

Sed in solarium maius Vestrae Catholice Maiestatis, & pro satisfactione scholæ Sancti Thoma, & Sacri Ordinis Prædicatorum, rursus propono distinctionem Sanctissimi Alexandri, quod est in Ecclesiæ Dei erekctus, & confirmatus Ordo Conceptionis puræ de primo instanti per quatuor vota solemnia; & cum sanctissimis ceremonijs diuinis, & nocturnis protestantibus in professione Conceptionem Immaculatam primi instahit, contremendo Mandum, & omnia secularia in exemplum Ecclesiæ, & totius Christianitatis cum maximo fructu salutis animarum; iste est textus Sedis Apostolica in nostro Sanctissimo Alejandro, & taliter est instituta Religio prædicta, ut sit sacra, et sancta, et distincta ab alijs cum innumerabilibus auctibus virtutum; Videamus modo an Angelicus Doctor dissonet, vel appetebet, et defendat prædicatam Religionem sic institutam, et confirmatam per Ecclesiam Romanam, sic nos instruit Opusculo 19. cap. 4. *Cum aliqua Religio per Se- dem Apostolicam i[n]stituta est, manifeste se damnabilem ostendit, qui talem Religionem damnare conatur;* Sic Sanctus Thomas. Ergo Angelicus Magister sua doctrina, et auctoritate sequitur, et approbat talem Religionem, Thomistica, ergo, est talis Religio, et noster Magister Nuño Salmanticensis Priorius Professor, grauitus scholasticis in additionibus ad tertiam partem quarti. 2. 6. 3. difficultate quartæ; *Non potest, aut errare.* Pontifex in confirmatione Religionis, & quod est confirmata, noscitur esse bona, ratio est; quia Religiones habent leges ad exemplum totius Ecclesiæ, Ita ut leges omnibus propounderentur, ergo sic non potest errare quando constituit leges ad exemplum totius Ecclesiæ, Ita quando confirmat aliquam Religionem, consequenter confirmat finem intentum ab illa Religione; & leges ab ipso fundatore iam factas, que quidem examinantur a Papa, vel ab illis quibus commissum est, & proponuntur Pontifici, & patet quia illo sine, & legibus componitur Religio, quasi essentialiter, ut distinguatur ab alijs Religionibus, & qui approbat illam Religionem diffinitam approbat etiam, & illas leges, Sic Noster Magister Nuño; et ita Pontifex approbat differentiam constitutuam talis Religionis, et vota solemnia, et ceremonias sanctissimas in professione Conceptionis puræ de primo instanti; & sic Sanctus Thomas est tam inimus Ecclesiæ Catholice, quod declarat damnablem, qui talem Religionem damnare conatur; Doctrina ergo Domini Thomas Scientifica est pro Religione Conceptionis puræ instituta alias ipse Angelicus Doctor ex se ipso se damnabilem ostenderet, si non assenseret Conceptioni puræ institutæ, & in Religionem confirmatam eucœle; Ergo Opponent si discipulus Sancti Thomæ est de Iure, de Iustitia, de necessitate, debet approbare

bare talem Religionem, & suam differentiam constitutum circa votum solemniter per vota, & per alia Conceptionem Immaculatum de primo instanti, & ex intelligere ipsius Sancti Thomae debet assentire interius, & exterius Conceptioni purae, alias quomodo Thomista? Ergo ex toto corde, & extota anima, & ex tota mente Sanctus Thomas est pro Conceptione pura de primo instanti; Et si Sanctus Thomas censuratur damnabiliter contradicente tali Religioni; Quomodo hoster Oppositor poterit ex ipso Sancto Thomas se opponere purae Conceptionis primi instantis, in Religionem sublimata per Spiritum Sanctum, & Sedem Apostolicam?

Sed iterum atque iterum, Maiestas Cesarea, sic argumentor contra eundem Oppositorum; Non est approbata aliqua Religio in Ecclesia Dei ut opposita, & contradictoria Religioni Conceptionis purae; ergo ex vi dispositionis Ecclesie Sanctus Thomas est pro Conceptione pura, si vero post confirmationem aliquius ordinis, prosequitur noster Nuñio iam citatus, dentur posse aliqua statuta, in aliqua Religione profuso Regimine opposita Religioni dicti et instituti per sedem Apostolicam, hac Statuta non habent auctoritatem Apostolicam, & sunt minoris auctoritatis, quam approbata Religio, & semper debet prauare confirmatione Religionis dicta predictis statutis: Et si, quod Deus auerterat, in aliqua Religione subfusum statuta opposita confirmationi predicta Religionis, consentur opposita Sedis Apostolicae Romane, & sic nequeant obligare; sic noster Nuñio Salmaticensis; Neque in nostro Ordine sunt statuta contra predictam dispositionem Sedis Apostolicae confirmantis dictam Religionem, & si essent, annullata sunt; & prosequitur noster Magister Nuñio, quod *Sanctus Thomas in quolibet docet Ecclesiam non errare in Canonizatione Sanctorum;* & rationem assignat idem Nuñio pro Sancto Thoma, & ex Sancto Thoma in additionibus ad tertiam partem quaestione 20, articulo 3, difficultate 4. *Quia talem Sanctum proponit adorandum Vniuersali Ecclesie, & adorare non Sanctum est intrinsecum malum;* Et esse perturbatio in Ecclesia non possimus esse certi qui sint verè Sancti ut illos adoremus, & Sanctus qui Canonizatur proponitur, ut exemplar, & errare in hoc, effe errare circa mores componendos, & communis Theologorum sententia tenet, quod Papa non potest errare circa mores componendos; Ergo nego, in Canonizatione, & adoratio Sancti est quedam professio Fideis, & insinuat in Concilio Constantini sessione octava, ubi damnatur error Vaulephi, eo quod admiserit Benedictum, & Bernardum Canonizatos, sed damnatos, hæc omnia noster Magister Nuñio: Modo sic argumentor; sed puritas Conceptionis de primo instanti conductus resolutori ad componendos mores, ut vilum est, & ut sic conducens, & ut sic pura de primo instanti proponitur Ecclesia Vniuersali, ut sic adoranda, & sic adoratur, & colitur etiam ab ipso Oppositor; Ergo predicta Doctrina Sancti Thomæ certissima est, & demonstrativa pro immunitate à culpa Originali de primo instanti; & noster doctissimus Sylvestris undeque benemeritus de Ecclesia Catholica, & splendor totius nostre Religionis Verbo Fides numero 9. docet, secundum Sanctum Thomam Pontifex errare non potest in spectantibus ad bonos mores, quia neque in ipsis errare potest Ecclesia, sic noster Sylvestris; Ergo neque errat Ecclesia in proponenda Conceptione pura de primo instanti ad publicum cultum, & adorationem, cum pertinet diffiniuntur ex Pontifice Alexandro ad bonos mores; Et si argumentetur Oppositor, quod oppositum non condemnatur; Respondere ex iam dictis, & etiam, quod ideò non est de Fide, pura Conceptione, est tamen propter dicta, & allegata, & alleganda de consequentibus, vel de pertinentibus ad Fidem, & semper proponitur modis dictis Ecclesia Vniuersali ad uitilitatem spiritualem communem omnium; & ita videtur, quod intra Fidem nihil maius quam Conceptione pura, & nihil minus quam pars opposita; Sic ergo declarata Doctrina Sancti Thomæ ex dictis, & dicendis in hoc memoriali est approbata per Crucifixum Dominum nostrum, per Cœlia, per Sedem Apostolicam, per Vniuersitates, per innumeratas Religiones, & sic tentatur in nostro Ordine, & sic debet sentiri, & sic etiam approbata per ipsam Deiparam; non vero sic approbata per dictos, ut sicut affectum Oppositoris sapientis infectionem in se;

**A**et se. Ex quomodo Christus Dominus approbans doctrinaliter puram **Conceptionem**, & Dogmaticę institutionem eiusdem Conceptionis approbavit infectionem in Sancto Thomā sensus ergo Sanctissimi Crucifixi est bene scripti de me, esse preferuunturē matris mea, sic enim iugelli, Sixti, Tridentino, Pio, Paulo, Gregorio, & Alexandri, & Ecclesia Catholice, quam redemi sanguine meo.

Sextus excelsus Oppositoris est, exponere approbatam Doctrinam Diui Thomae quantum ad sequelam infectionis, et quod si voveretur, et conferueretur loquela infectionis, et instructio inter Dominicanos, & quod innumeras Religiones sequuntur Doctrinam Sancti Thomas. Iste excelsus, Catholica Mafias, satis quasi punitus, manet ex propositis, nec ager noua sanitatiōne, aut responsione: & sic Sanctus Thomas semper sterit pro Ecclesia Christi Domini, et Ecclesia staro opo pura Conceptione, ergo et Sanctus Thomas staro pro illa, et circa innumerabiles Religiones, dicam unum verbum; istas enim Oppositore sequuntur in hac materia, Sanctum Thomam, sed Religiones sunt pro Conceptione, ergo et Sanctus Thomas ex illo. Oppositore est pro Conceptione; Si vero in hac materia innumeras Religiones non sequuntur Sanctum Thomam ex Oppositorie inficiente Beatam Virginem, ergo Oppositor est in consequens; Quare ergo si Sanctus Thomas ex illo est pro infectione, et aliae Religiones sunt pro puritate, adducit ad praesens inumeras Religiones lequi doctrinam Sancti Thomas? voveretur ergo, & uratur Doctrina Sancti Thomas sequens Ecclesiam, non si opponatur Ecclesia adhuc considerando meram, & puram consuetudinem Ecclesie, ut vidimus, quid erit si supra consuetudinem accedat institutio, & solemnis cultus Ecclesie, & Cathalogus Privilegiorum purae Conceptionis in honorem Virginis, in obsequium Dei, & in veilia proximorum & voveretur Doctrina Sancti Thomae, secundum nostras leges, non contra nostras leges, voveretur, inquam, ut edificans, velis, consummabilis, conuerabilis, ut amelioris fidelibus, & ut conformior Ecclesia sic voveretur, sic iugatur, quia sic, est maius bonum, & melius sua opposita infectionis, que nec bonum simpliciter, & absoluto loquendo, saltem practice; Et si bonum, minime bonum, vel minus bonum, non ergo obiectum voti, secundum Doctrinam omnium Theologorum, & patet evidenter, qui melius est in primo instanti carceri culpa originali, quam carceris secundo instanti; ergo prima instantia potius est obiectum voti, quam in secundum; Et adhuc dato, & non concessio, quod admiratur, tale votum, est inuidium, & nullum, & annullatum per Religionem Conceptionis pura institutionis, & confirmataam per Sedem Apostolicam; Nec nostre Constitutiones allatæ dant locum ad tale votum. Iammo impeditum ex innumeris iam dictis, & præcipue ex sequela Tridentini, & si voveretur in nostro Ordine Doctrina Sancti Thomæ, in hoc voveretur pura Conceptione; quia secundum Doctores Nostros, & maiores iam citatos, pura Conceptione est sententia Sancti Thomae, ut vidimus, & videbimus, & doctrina nobis hoc declarata; Iam e circa loquela infectionis inter nos dico, prium, transat quod conieruerint, sed quid ex hoc, si cetera non sunt paria, sed nostra valde excedentia, & nostra loquela puritatis quasi in immensum est melioris conditionis, & alios communis nobis, & illis, non sic sua. Dico secundo fallum esse Sanctissimum Alexandrum confessasse, vel concessisse loquelandam infectionis; immo sentio prohibuisse, quia expresse confirmat Bullam Gregorij prohibentis loqui adhuc inter priuata colloquia, & ulterius decernit Alexander, quod contra piam sententiam nullus existat quoquis prætextu, seu occasione, nec infectionem defendat aliquo modo excogitabilis, nec scripsi, voce, loquela, concionando, tractando, disputando, & si permittit loquelandam contra piam sententiam, decernit, quod illici responderetur in laudem Conceptionis; nec opposita maneant infoluta, nec fatiganda; nec adhuc vult quod in dubium reponatur Conceptione pura; & si datur loquela infectionis, & non reuocatur, iam vertitur in dubium si non respondetur, & manet robustata infectionis; & hoc sub censu prohibetur; & ex hoc frustarentur omnia brevia Apostolica, & cuncta Christianitas.

Septi-

Septimus excessus Oppositoris est, quod dum proponit, quod nullus inferior ad Papam posse cogere Dominicanos, ut prædcent Conceptionem puram, nec Pontifex talia impigeret, & si imperaret obediret. Et ideo iniuste patiuntur scandala Dominicani, per Defensores Conceptionis puræ, & quod sub prætextu pietatis Ordo Prædicatorum prohibetur, ne fungatur suò instituto prædicatorio, & sic zizania erumpent, & Ecclesiæ deuastabunt ration reprehensio culpis, & peccatis: ad tantum inconveniens, Maiestas Catholica, Respondet: quod sumamus Pontifex eo ipso, quod instituit festum Conceptionis concedens illi cultum, & venerationem, eo ipso decernit instructionem de huiusmodi iepfis Fidelibus proponendam, qui tamen explicent, & declarant Euangelium decantatum in sacrificio Missæ in obsequio solemnitatis, & accommodent, & aptent ad intentionem Ecclesiæ pro pura Conceptione, sicut fit in alijs festiuitatibus, & solemnitatibus, & sicut in istis non datur peculiaris dispositio Apostolica pro Dominicanis, neque pro Conceptione est necessaria, sicut non est necessaria pro alijs Ecclesiasticis personis, aut diuersis Religionibus, & pater euidenter, quia de institutione festiuitatis Conceptionis non datur una institutio pro alijs non Dominicanis, & alia institutio pro Dominicanis, sed vna pro omnibus, & ad istum cultum institutum omnes cogit Ecclesia, & nullum eximit. Ex suppositis tan certis, & euidentibus sic argumentor. Prædicatio cultus Conceptionis instituta est de per se consequens ad ipsum cultum, ergo qui imperat cultum, imperat expositionem, propositionem, & prædicationem cultus, & quia nos ex vi nostri instituti sumus Prædicatores, & Coadjutores Episcoporum, magis adstricti sumus, quam alij ad hoc munus exercendum in materia Conceptionis, sicut & in alijs similibus, & si conformamur in maioribus circa cultum, Missam, & horas Canonicas, quare non in minoribus circa prædicationem? qui enim dat formam, dat consequentia ad formam? Quis nos cogit ad prædicandum Elogia minoris certitudinis nostrorum Sanctorum? & tamen abundantissimè illa proponimus, & prædicamus Fidelibus, & multoties nullus datur influxus Ecclesiæ, quare ergo erga Deiparam, & maiori vinculo adstricti, resistemus? Et valde lamentabile iudico, quod nos debeat cogere, & singulariter vim facere, & in iniuriduo ipse Pontifex pro honestis, licitis, nobis utilibus, & Deiparam honorantibus, quasi violentiam debemus pati, vt illam puram, & sanctam proponamus secundum iura, & dispositiones Ecclesiæ, & certissimè sentio, quod est iniuriare Dominicanos usque ad Coelos producere, quod ad sequelam Ecclesiæ Catholicae, sufficientia, & efficacia pro omnibus statibus Ecclesiæ sint insufficientia, & inefficacia pro Prædicatoribus; quasi omnes de Ecclesia tam facultares, quam Ecclesiastici, tam sapientes quam ignorantes, & etiam infimi de Plebe superrent nos, & excedant in promptitudine sequenti Ecclesiam, & quod maius est, erga Deiparam quasi omnes sint velociores nobis; absit a nostro Ordine, & à Schola Angelici Doctoris Character tam inutile, & veluti, ignobile; Quare ergo institutio suffici ad omnes, vt sequatur loqua, & nobis non sufficit à verè, verè eadem mensura quæ mensi fuerimus remetietur, & nobis; Et qua fronte Oppositor poterit cancre Sanctissimæ Deiparae suauissimam Antiphonam Nostræ Venerabilissimi Iordanis? Recordare Virgo Mater, dum secesseris in conspectu Domini, ut loquaris pro nobis buca, & ut auertas indignationem suam à nobis; Fugite, Fratres, ait Spiritus Sanctus, à facie ire Columba; Et si tot Sancti, & Proceres Nostræ Ordinis, iam citati, sequuntur Conceptionem puram etiam in loqua prædicationis, & multi ex illis adhuc ante Brevia Apostolica sic sentiebant, sic loquebantur, sic confulebant fideles, sic ædificabant Populos, & sic defendebant totius nostræ Misericordiae Matrem, quid modo post tot Brevia Apostolica, & post impetum, & inclinationem rotius Orbis, sic se inclinant ex influxu Spiritus Sancti, & ex Decretis Romanæ Ecclesiæ, poterit ne modicum fermentum, & si non Oppositoris, sed oppositionis corrumperet totam massam Nostræ Sacra Religionis, & vniuersam scholam Sancti Thoma? absit; Et si non tantus error, absit tam parua denotione, clamemus ergo omnes, & dicamus recede à nobis oppacio, infectionem viarum tuarum nolumus, & vt melius dicam, vias tuas inf.

etiam . & sine dubio secundum nostras leges iam discursas , & expositas , & secundum Doctrinas Sancti Thomae appositas cogimur ex vi professionis , & nostri instituti , & lequi , & proponere , & sentire , & suadere , & predicare puram Conceptionem de primo instanti .

Sed de benedictione Vestræ Cæsarcæ Maiestatis interrogabo Oppositorem , & suos vnum sermonem ; non nè vos Typis mandatis duo memorialia , vbi proponitis , quod circa piandam piam Conceptionem aliqui claudicant , nec legitimè piant ; Et cum vos piabitis directè piabitis , dicatis mihi modo , tunc eritis Thomistæ & eritis Dominicanæ Eritis inimici nostra Religionis , & proditoris Angelici Doctoris respondebitis utique vos legatos Thomistæ , quare ergo mè expoliuitis ante Thomistam Vniuersitatem Christi Fidelibus per totum Terrarium Orbem ? si ego piaui , & pio , & piabo semper ex nostris , & non ex alijs , quia nunquam noui illos , sed solum meum Angelum Sanctum Thomam Aquinatem , & adduco vobis testem fidelissimum librum meum , ibi vidistis per quinque annos , quæ vobis propono , si vultis dicere fideliter quæ ibi extant , si tunica inconsutilis veritatis non diuiditur à vobis , sicut diuisa est per vestrum tantum posse , negantes mihi fiduciola propria Conceptionis puræ , quibus mè inducerat gratuitò Sanctissima Virgo ; Testis est enim hic meus Tractatus satisfactorius , & resolutorius pro veritate Conceptionis institutionæ , quod tota anima mea est Thomista ; & aliena lingua , hoc est aliena schola mihi Greca , & ignota . Sentio videre vos inexcusabiles , quia ex prolatis in summo accusabiles . Et hoc deploro . Purissima Deipara miserere mei , & parce mihi querelam istam cordialem , sensibilem quia præter te , & extra te causa tui , nihil habeo nisi te .

Procedamus ad alia , dico etiam non esse verum prohiberi suo instituto Sacrum Ordinem Prædicatorum , eo quod sentiat , & diuulget puram Conceptionem , vt iam est demonstratum , sed ipse Oppositor se ipsum prohibet non seruans statuta sua Professionis , negans Fidelibus pascua salutaria , documenta utilia , confilia proficia , quare ego licebit illi negare Diuina , Maiora , Spiritualia , modesta , Deo , & Petro beneficia , & successoribus suis prudenter consulta , Prælatis accepta , Sanctis Dominicanis , & suis Theologis consona Vniuersitibus conformia , Angelis plausibilia , Beatae Virginis honorifica , Regibus honesta , omni grata , & amabilia ; Et Maiestati Vestræ Catholice non licebit apponere conditionem iustum , & sanctam ad discordias , & scandala vitanda in suis Regnis ; Et vel maximè quod taliter disposita sunt affinia statutis nostris , à quibus dissident sine dubio Oppositor , nec est abreviata manus Domini , vt per contradictiones Marianæ virtus extirpetur , & quomodo per ipsos extirpanda si Zizania fermentum , dum scandala founte potius enim sunt agentes ad scandala quam patientes ex Breui Pontificio Sanctissimi Alexandri , vbi carpit scandalosos actiuè in hac materia ex tenaci impressione infectionis in cordibus eorum , quasi gloriantes se sub prætextu parum iusto de sua renacitate in contemptum Breuium , frumenta intentionem Ecclesia Romanae , circa cultum , & veneracionem Conceptionis Virginis instituta , respectuè ad creationem animæ & eiusdem in corpus infusionem .

Octauus , & ultimus Excessus , sed fæcundus Oppositoris est quarimonia infusa , & fatalis propter illa erba proponenda in sermonibus , Alabado sea el Sanctissimo , &c . Et ille excessus est petra scandali sui memorialis ; Dico primo quod Decretum Regium Vestræ Maiestatis , vt in salutationibus sermonum apponant illa verba est iustum , & prudentiale vt fideles ædificantur , concordia introducatur , & pax spiritualis vbiq[ue] teneat locum tibi debitum , quia de suo silentio scandalizantur , & se ipsos produnt contradicentes inimicos instituta puritatis , & sic extimantur , & habentur communiter à fidelibus ; & hoc præcipue in Regnis Hispaniarum , & pertinet ad Principem sedare tumultus , & præuenire damna ; in cuius testimonium repræfento Vestræ Cælareæ Maiestati sequentia ex docto , & denoto Vuandigno in Tomo septimo annualium , anno 1479 . erat in Germania magna discordia per diversitatem cultus in festo Conceptionis in Conventu Minorum sub nomine

Conceptionis, & in nostro eiusdem Civitatis & Maspurgenis sub nomine Sanctificationis, &  
 tunc licet currebant illi duo cursus, quid fecit Henricus Princeps videns dissensionem, &  
 scandalum inter Conventus, & inter seculares, formauit Decretum tenoris sequentis Nos Hen-  
 ricus Dei Gratia Langravium Hesse Comes Liegenasm, & Nida fateretur publicè denunci-  
 musque omnibus vigore præsentium hactenus inter Religiosos Venerabiles, & honestos, nobis  
 clariſſimos, deuotos, & probos, fratresque utriusque Conventus Maspurgi nudi peatum &  
 Prædicatorū Ordinis contentiones, & dissidia aborta sunt; & præfertim laudabile fo' un  
 Conceptionis Gloriosa Virginis Maria à prædictis fratribus, & Patribus secundum Doctri-  
 nam Patrum, & etiam morem utriusque Ordinis præfatorum Conuentum concionando,  
 psallendo, legendō in Ecclesijs dupliciti contrario rite celebratum est, binc eñ quod ad Omni-  
 potens Dei, & Gloriosissima Virginis Maria gloriam attendentes, dissensiones, qua ex hoc  
 inter subditos nostros oriri possunt, maturò, & deliberato Consilio Confiliariorum nostrorum  
 perducere, & potissimum prædictos Patries, & Fratres inter se mutuo conciliare, & ad concordiam  
 ob allegatas rationes desideremus, & velimus prædictum feſtum Conceptionis non aliter con-  
 cionando, psallendo, & legendō, quam ut ab alma matre Ecclesia celebrari in Istitutum à Bea-  
 tissimis Patribus, nostris Sammis Pontificibus ratificatum, & confirmatum; Et etiam à Diace-  
 fibus, Maguntina, & Treuirensi, Parochia Item nostra Maspurgeni, & prædictorum Pa-  
 trium audipendit Cannent peragi solitum, etiam ab ipsis in posterum obsernari, & celebrari,  
 & ita una cum præfatis Ecclesijs, & Conventibus idem feſtum summa cum deuotione concor-  
 diter sub istiulo, & nomine Conceptionis venerari. & prædicti Patries voluntarii se obliga-  
 runt tam suo, quam successorum suorum nomine nobis, & heredibus nostris conceferunt, &  
 idem feſtum taliter à se celebrandum promiserunt, & si forte aliter præfato modo in posterum  
 ab ipsis celebrari contingeret, vel illa hac in parte dissensio suborta fuerit concionando,  
 psallendo, vel legendō, nullatus permittere cogitamus in huius testimonium: Nos Henricus  
 Langrauius supra memorias, sigillum nostrum tribus diplomatico, nostro, & heredum  
 nostrorum nomine appendicimus, & unicuique Conuentum præd. eorum Patrum vnu-  
 dari, & tertius nobis reserata curauimus, ad maiorem omnium securitatem, & certitudi-  
 nem: Nos etiam Guardianus, & Lector Conventus Nadipedum, & Nos Prior, & Lector Con-  
 ventus Prædicatorum nostro, & fratrum pariterque successorum nostrorum nomine viriſſime  
 Conventus sigilla scientes, & volenter iuxta præmoritati Domini Noſtri gratiosissimi ſig-  
 lum his ter litteris appendi curauimus. Datum ipso feſto Sancti Sylvestri anno 1479. Ianto  
 ergo exemplo iustificatum manet Decretum Regium Catholicum Vltre Maiestatis prop-  
 ter eadem motiuia, & fortè vrgentioria, quia nec Brevia Apostolica, nec auctoritas Ecclæ-  
 siæ, nec beneficia Gloriosæ Beatae Virginis, nec nostra sanctissimæ leges adſificantes, nec  
 innumeræ Doctrinæ Sancti Thomæ, nec uilitas proximorum potuerunt mitigate tena-  
 citatem contradictionis; et quoad omnia circa Conceptionem puram vt fit unum Ouile,  
 & unus Pstor prædictæ, ſpeculatu, & totaliter erga Sanctissimam Virginem, & effec matri-  
 teria valde lamentabilis, quod effet occasio inſificata, vt contra aliqui in ex communitate  
 Nobri Ordinis polſet obici; Primo Eſdæ Quarto. Vrbs illa, Vrbs rebellis est, & no-  
 cens Regibus, & Provincijs, & Bella concitantur in ea, ex diebus antiquis, & maior dolor fi-  
 liata ſublstant contra puram Conceptionem protec̄tam a Deo, Petro, & Regibus, non,  
 ergo m'rum, quo d' Maeftas Vesta Catholica post tot exempla discordie & tinuita per  
 multos annos procuret concordiam in ſublimibus ſicut Angelus pacis.

Et necessarii in iudicio quod vettu tanta auctoritas Regia alloquatur diſcordeſ in hoc  
 puncto ſicut Theodosius Imperator ad Sacerdotes inter ſe diuifos, Conciliorum acta  
 Concilii Ephesini tomo quinto, ſic habet. *Sacra Imperatoria ad Ioannem Antiochenum*  
*Episcopum de Ecclesiariis Pace, & unione conſtituenda missa,* & at, animi nostri Scopus  
 omnes ut pote charitatia cauſa ad Sacerdotium aſſiti docere nonquam definitus, quia ergo hanc  
 unda

*vnde minimè deebat turbari contigit, opere pretium visum est, ad id vos urgere, ad quod  
alios universos, siquidem admonerentur, alacriter venturos nihil dubitamus; res enim dese-  
stāndaplaſē neque expectari in expectata nostris hīſe temporib⁹ accidit, nemp̄ Sacerdo-  
rum veram Religionem profidentium discordia, & ea quidem nata, ut omnes arrationis  
modum excedat; Enim verò cum spes erat, fore, ut omnis omnino contentio, vel ad minimos  
ſuspitiones usque è medio faceſſeret perſtaque unionis fructus exugeret, tum demum  
incendia exarſerunt, uehemens proinde agitſtudinis, & doloris occasio, ea ex remobis offer-  
tis, certimus enim Ecclesiastice pacis Doctores, ipſoſque concordia fontes, eo, discordiarum  
prolōpſo, ut talibus indigent, qui ſuo bortatu ad id eos impellant, quod pro officiū ſalvationis  
ultra pratiſare obligantur, qua proprie tuius tam malī exiſtum in deſaene uenientesperantes,  
vnde originem traxis, enīque, ac diligenter, ut primo quoque tempore, hoc cor piciatur;  
carantes, nē hoc contentionis uitium latins ſerpar; Sic Theodoſius, & ſic Veftra Maieſtatis.*

Discurramus modò circa p̄dicitum excedum, ſeu potius ſcrupulum, tres modos in-  
uenit Oppofitor poſſibiles tantum in Thelauiſ sapientia, & nullua illorum ego inueni  
in Thelauiſ Dei, ſed omnes inconuenientes, & eos contemnimus, & certè de ipſo, & de  
ſequentiibus illum poſſumus dicere, quod trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Pri-  
muſ moduſ, eſt ex illo, quod proferantur illa verba mutando opinionem interiorem in-  
fectionis certiſſimam habentes puritatem, & ad hoc non datur auſtoritas humana obli-  
gans, quia Papa liberat a peccato ſentientes infectionem; Itē diſcurſus intempeſtiuſ  
eſt, & valde crudus, nec digeſtus, & ipſum interrogo. An dum ait in illo caſu certiſſimam  
haberi puritatem intelligat certitudinem demonstratiuam, vel de fide, aut certitudinem in  
linea probabilitatis, ſi datur prima certitudo, in illo caſu ipſa imperat modum loquendi,  
ſiuē demonstratiuē, ſiuē ſecundum fidem, quam certitudinem non cauſat auſtoritas hu-  
mana, ſed vel ipſa Eccleſia, vel natura rerum, & circa iſtam ſpherem in nullo deficit De-  
cretum Catholicae Veftra Maiestatis, nec ſe intromittit; ſi verò ſit fermo de ſecunda cer-  
titudine licita, & approbata, & iſtituta, bene potefit iſta conſeruari ex vi terminorum,  
vel ad uirtutē manente interiore infectione opinatiua, qua ratione innumeri Theologi ſic  
ſe gerunt, & non eſt neceſſe, quod mutetur opinabilitas talis infectionis, qualis permitti-  
